

Ex Libris
PETRI GINORI-CONTI

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/catalogvsscripto00pocc

CATALOGVS SCRIPTORVM FLORENTINORVM OMNIS GENERIS,

QVORVM, ET MEMORIA EXTAT, atque lucubrationes in literas relatæ ſunt ad noſtra vſque tempora. M.D.LXXXIX.

*AVCTORE REVERENDO PATRE MAGISTRO MICHAELE POCCIANTIO FLORENTINO, Ordinis Seruorum B. M. V*IRG.

Cum additionibus ferè 200. ſcriptorum Fratris Lucæ Ferrinij alumni Sacræ Theologiæ profeſſoris, atq; cum tabulis locuplectiſsimis ipſum exornantibus.

FLORENTIAE,

APVD PHILIPPVM IVNCTAM, M. D. LXXXIX.

Cum Licentia Superiorum, & Priuilegio.

SERENISS. MAGNO HETRVRIAE DVCI FERDINANDO MEDICEO.

Frater Lucas Ferrinius à Prato Seruita. S. P. D.

FVIT olim nunquam ſatis (Sereniſsime Princeps) hoc in more poſitum apud omnes ferè nationes rerum præſentium illuſtrare, ac præteritarum ſimul literis renouare memoriam, quod quidem clarè patet, tùm ex tabulis pictis, triumphorum monumentis, coloſsis, ædificijs ab antiquis paſſim extructis, tùm ex hiſtorijs, cæteriſq; virorũ ſcriptis, quæ omnia res præteritas nobis ante oculos conſtituunt, & vt eas quaſi præſentes videamus efficiunt. Quare nos, & mirum earum artificium cernentes, & maiorum egregia, & heroica planè facta legẽtes, ita ſtudio efferimur, ac planè obſtupeſcimus; vt nunquam ferè videndo, ac legendo explere animum poſsimus, eaq; rebus noſtris longo interuallo anteferimus, vt & præſentibus, tanquam exemplaria ad in mitandum, & poſteris monumenta ad reminiſcendum proponantur. Nulla ſanè ædificia extruerentur, nulla pomaria, & horti pararentur, aut ornarentur, è marmore ſimulacra minimè ponerentur, parietes, telæ, tabulæ, aliæuè materiæ magnificis operibus non pingerẽtur, quinimò nullùm haberent ſermonem, nihil calamo contexerent homines, niſi aliquod exemplar ſibi ad in mitandum proponerent. Nullum enim opus hodiè efficitur, quod non ex antiquo aliquo exemplari exprimatur. Omnes ſcientiæ, artes omnes, quas habemus, ab antiquis inuentæ, & excultæ ſunt, ita vt niſi antiquorum exemplum eſſet in noſtri temporis hominibus; omnium ferè artium expertes eſſemus. Cum igitur mecum ipſe cogitarem Florentinos gentem ſanè nobiliſsimam, & antiquiſsimam in omnibus artibus, & ſcientijs, tùm in ijs, quæ ad ſtudia literarum, tùm etiam in ijs, quæ ad res bellicas pertinent antiquorum veſtigia ſecutos eſſe, & in ijs mirificos progreſſus feciſſe; congruere officio meo putaui, id in lucem proferre, & omnibus palàm facere, vt eo quaſi inuitamento, & poſteri noſtri, & alij etiam ad

maiorum præclara opera imitanda excitarentur, atque ad omnem gloriæ cupiditatem inflammarentur, & eo exemplo calumniæ coercerentur eorum: qui, quod plerique Florentini mercaturis faciendis rem honeſtiſſimè quærunt; nobilitatis laudem genti noſtræ adimere conati ſunt: Qua in re quantum à veritate aberrarint, facilè cognoſci poteſt. Nam vera nobilitas, vel ex generis claritate, vel ex virtutis, & bellicæ artis præſtantia proficiſcitur. At quantum Florentina gens in his rebus ſemper floruerit; nemini dubium meritò eſſe poteſt. Sed quia ſunt, qui militarem laudem noſtris adimunt, non deerunt, qui mox eorum errorem coarguant, & malè ſenſiſſe oſtendant. Ego verò tantummodo viros literarum laude præſtantes, eo quòd cum religioſis hominibus, quod vitæ genus ego ſecutus ſum maximè congruant, celebrabo. De generis nobilitate pluribus egit Paulus Minius Philoſophus celeberrimus in libello de Florentiæ defenſione. De Religione, ac pietate Florentinorum egit Michael Poccianti Florentinus Seruita in ſeptem Beatorum Florẽtinorum vitis, qui ſacri Seruitarum ordinis auctores fuerunt. Ex quibus omnibus cognoſcere quiuis poterit Ciuitatem, & gentem noſtram nobiliſſimam eſſe, vtpotè, quæ multas alias opibus, bellica laude, ſcientia præſtantium rerum, & artibus, nec non claritate generis ſuperet. Sunt ſanè aliæ quoque ciuitates, quæ ſingulari aliqua laude florent, ſed nullæ, vel paucæ inuenientur, quæ in omnibus ſimul præſtent, quemadmodum, & præteritis temporibus, & hac etiam noſtra tempeſtate vno (vt aiunt) tenore noſtra ciuitas excellit: Quia verò hoc veriſſimum eſt; ideo Florentini, id non voce tantum verè affirmant, ſed re ipſa, & ſcriptis in lucem editis optimè comprobant. Ego igitur multos ſcriptores Florentinos poſt huius libelli Auctoris mortem in vnum coegi, cunque eos ad cõmunem vtilitatem editurus eſſem; non fuit cur diutius hererem, cui nam has meas, meiq; Magiſtri lucubrationes dicarem: occurrit enim ſtatim amplitudo tua (Sereniſſime Princeps) quoniam ſicut opes in vniuerſali, vitam, honoremq; noſtrum ſummis patrociniȷs amanter, ſedatè, tutèqué contendis; in particulari etiam tantorum virorum, meique defenſionem ſemper ſuſcipere ne graueris. Deus tua incepta fortunet. Vale.

CA-

CATALOGVS.

Scriptorum Florentinorum

OMNIS GENERIS,

quorum memoria extat,

ET LVCVBRATIONES IN LITTERAS relatæ ſunt ad noſtra vſquè tempora.

M D L X X X V I I I.

AVTHORE REVER. P. MAGISTRO.
Michaele Pocciancio Seruita.

ACCVRSIVS Azzoniuſ auditor ſtudioſiſſimus, iuris tùm cęſarei, tùm pótificij lógè conſultiſſimus, qui & ſi trigeſimo ſeptimo ſuæ ætatis anno eiuſdem iuris ſtudium eſſet ingreſſus, in eo tamen (mirabile dictu) publicè legédo, & ſubtiliter ſcribendo tantum profecit; ſuoque eximiæ doctrinæ clariſſimo lumine legum tenebris ita occurrit, vt merito Accurſius appellari promeruerit, & eo deficiente ſinguli gloſſatores obmuteſcere, nec amplius gloſſas edere fuerint auſi; vel quod omnis gloſſandi materia iam conſumpta, vel quod ipſa comentandi ratio minorem laudem, & gloriam afferre crederetur. Complura volumina exquiſita doctrina referta, quibus, ipſius nomen perpetuò per ora virorum volitabit, poſteris reliquit. Videlicet.

Gloſſam totius Iuris ciuilis.
Gloſſas in Autentic. vol.
In ff. vetus l. 24.
In ff. nouum. l. 12.
In ff. Infortiati. l. 14.
Super inſtitutis. l. 4.
Super codice. l. 12.

Alia inſuper non pauca vtriuſque iuris ſtudioſis notiſſima edidit.

vir iſte prudentiſſimus: cuius domus, ob huiuſcemodi eximias animi dotes, vti Italiæ oraculum viſebatur, & magna frequentia ciuium, ſummorumque hominum ſplendore ianua, & veſtibulum celebrabatur, quin potius ex remotiſſimis Regionibus veri legum amatores Bononiam (vbi publicè iuris prudentiam interpretatus eſt) ſe ſe conferre ſatagebant: vt ſcilicet eius admirãdam doctrinam imbiberent. Claruit autem ab anno Chriſtianæ ſalutis. 1226. vſque ad annum. 1240. quo tempore (fama eſt) ex hac turbulentiſſima ad aliam fæliciſſimã vitam euolaſſe: relictis duobus filijs paternæ virtutis cohæredibus, Franciſco ſcilicet, & Ceruotto: & in AEdibus Sancti Frãciſci Bononiæ, ipſius cineres reconduntur: foriſq; iuxta templi ingreſſum monumentum, quod Filio Franciſco commune extat, adhuc viſitur, hanc habens, ſimpliciſſimam inſcriptionem.

Sepulchrum Accursij. Franciſci eius filij.
Gloſſatoris legum, &

Vgolinus autem Verinus in ſecundo libro de viris illuſtribus in eius laudem hæc carmina cecinit.

Iuris conſultos interpres Accurſius omnes
Excellit, breuibusque notis enigmata rerum
Expoſuit, nullusque error reperitur in illis.

AVCTVS Inſtituti vallis vmbroſanę monachus venerabilis: monaſticæ diſciplinæ moderator, ac inſtaurator celeberrimus, ſuę congregationis Generalis Abbas pientiſſimus, ſacrarum ſcripturarum cultor egregius, probitate denique vitæ, ac miraculorum gloria clarus, ob quas ingenuas animi dotes tandem à Populo Piſtorienſi vrbis Epiſcopus acclamari, à ſummoq; Pontifice approbari commeruit. Scripſit epiſtolarum non minus piarum, quàm doctarum librum vnum. De translatione capitis diui Iacobi Apoſtoli, cuius induſtria idem caput Piſtorij delatum eſt, librum vnum. Obijt autem in eadem Ciuitate. 1147. ipſiuſque corpus ingenti totius populi, ac ſuæ Congregationis lacrimarum copia, in Cathedrali Eccleſia reconditum eſt: quod denique intactum anno ſalutiferæ incarnationis. 1337. compertum in venerabiliori loco propè valuas eiuſdem baſilicæ translatum fuit: ibique adhuc miraculis fulget: eius verò geſta conſcripſit Donnus Bernardus eiuſdem inſtituti monachus.

Aſſeuerans adhuc eũdem optimum Paſtorem vitas ſanctorum Ioannis Gualberti eiuſdem congregationis inſtitutoris, & Bernardi de Vbertis Cardinalis. S. R. E. conſcripſiſſe.

A L-

ALBERTVS ex ordine Seruitarũ, cœnobita venerabilis, Philoſophiæ, ac theologiæ doctor inſignis. Et à natura progenitus, vt mathematicarum ſcientiarum ſecreta inueſtigaret, quæ non immodica audiẽtium vtilitate in celebratiſſimo Patauino Gymnaſio aperuit. Nonnullas lucubrationes mathematicis, & phyſicis admodum neceſſarias reliquit; apud Bibliothecam Florentinam Seruitarum conmorantur. Obijt Florentiæ. 1510. apud cæteros patres humatus.

ALDEBRANDINVS Caualchantes ordinis Eremitarũ Diui Auguſtini Pater ſingularis ſacræ theologiæ Doctor precipuus, & Euãgelici verbi declamator inſignis. Vt poſteros ad ſpẽ adipiſcendæ Beatitudinis hortaretur; conciones multas compoſuit, quas Sermones quadrageſimales intitulauit, in Bibliotheca ſancti ſpiritus aſſeruatas: & earum initium eſt. *Conuertimini ad me.* Conſtat adhuc eum multas alias declamationes edidiſſe, quamuis temporis vitio interierint: cum in fine horum ſermonum ſcribat: Si vis plus loqui de Epiſtola, vel de Euangelio, quęre inter ſermones dominicales. require etiam de hac materia inter Sermones hiſtoriales. Compoſuit quin etiam Sermones feſtiuos, quorum primus ſic incipit. *Venite poſt me.* Enituit. 1385.

ALEMANVS Rinuccinius magni Ficini auditor, orator, & phyloſophus clariſſimus, atq; gręcarũ literarũ perpetuus cultor, inter cætera, quæ elegantiſſimè è græco turbine conuertit, extant octo libri Philoſtrati de vita Apolonij Tyanei, quos Aldus Venetijs græce, latineq; impreſsit. Præterea epiſtolas Marci Bruti, & Hipocratis latinas fecit ad Nicolaum Põtificem Maximum Quintum excuſas Florentiæ. 1487. Rurſus ex Plutarco conuertit vitas Niceæ Athenienſis, & Marci Craſſi ad Medicem Petrum Et exordium eſt. *Cum græce nuper apud Plutarchum.* Hæc omnia optimè annotata habentur Cęſenę apud illuſtrem Bibliothecam Franciſcanam. Item tranſtulit ex Plutarcho opuſculum aliud de mulierum virtutibus. Enituit. 1470. in cuius laudem hæc habet Verinus.

Qui Niciæ, & Craſſis traduxit geſta latinis,
Certaque Plutarchi triſtis ſolatia luctus.
Quique Apollonium totum, qui circuit orbem.
Conuertit, nobis longum volitabit in æuum.

ALexander Mellinus Ordinis Seruorum B. M. V. muſicus percelebris, atque in pulſandis harmonicis inſtrumentis peritiſſimus: qui ob ſuas eximias animi dotes à Summo Pont. Leone X. Capelę magiſter deputatus eſt. Madrigalia quàm plurima. Mottecta, Pſalmos, Veſperas, aliaque quamplurima, quæ in Eccleſia ſacri Palatij decantari ſolebant, incredibili omnium admiratione ſuis tranſmiſit poſteris. Vitam cum morte commutauit. 1554.

ALexander Braccius vir ſingulari eruditione, ac eximia prudentia præditus, triumque linguarum peritiſſimus Reip. floreà ſecretis, & à Ficino magno ob ſuas ſingulares virtutes vnicè dilectus, ingenti labore Appiani Alexandrini bellum tùm internum tùm externum in ethruſchum ſermonem conuertit: & initium eſt. *Neſſuna coſa è data al'humana ſocietà.* Rurſus hiſtoriam duorum amantium ab Aenea pio latinè conſcriptam maternæ linquæ donauit, & exordium præfationis eſt. *Molti ſono gli eſempi.* Clarus habitus eſt. 1490.

ALexandra Fœmina clariſſima, Bartolomei Scalæ Oratoris, & hiſtorici filia, Maruli Michaelis Tracagnotæ nobiliſſimi Biſantij vxor: Ioannis Laſchari latinæ, linquæ diſcipula, & grecæ Demetrij Carcendilij. Quæ cum in his multum proficeret, poſteris nō nulla dicare voluit. In primis epigrammata quædam ad Politianum edidit, græco idiomate elaborata, quæ Zenobius Acciarolius in vnum collegit, & in calce opuſculorum Politiani oppoſuit. Edidit quin etiam apologos, quibus parentem imitari ſtudet, & horum primus inſcribitur inuentio, cuius initium eſt. Cum paterni Apologi attentè à me ſępius legerentur. Fertur adhuc è græco non nulla Auicennæ opuſcula conuertiſſe, quæ omnia ſimul cum multis alijs ipſius lucubrationibus deperiere ex Arni inundatione 1557. Diem autem clauſit exrremum anno chriſtianæ Redemptionis. 1506. & in Baſilica Sancti Petri maioris ſepulta eſt, in eodem tumulo venerabilibus monialibus dicato; earum etenim togam in calce vitæ ſuæ ſuſceperat. Verum vt tantæ mulieris gloria illuſtrior reddatur, his annotare placuit epigramma à Politiano grecæ ſcriptum, & à Zenobio latinitate donatum in eiuſdem laudem. Videlicet.

Inueni, inueni quam volebam, quam querebam ſemper
Quam petebam amore, de qua etiam ſomniabam.
Virginem, cuius pulchritudo immortalis, cuius vultus quidem

Non

Non ſit artis, ſed ſimplicis naturæ.
Virginem linguam, ob vtramque inſignem,
Excellentem in choris, excellentem in lyra.
De cuius modeſtia ſit gratijs certamen
Hinc, & hinc hanc certatim trahentibus
Inueni neque vtilitas, etenim vix in anno
Inſano ardenter licet ſemel videre.

ALEXANDER Paccius Coſmi Archipræſulis Florentini vterinus frater, Leoniſq; decimi Pontifici maximi ex ſorore genitus, vir vndecunque doctiſſimus, multarum ſcientiarum copia prædictus, & Tragicus præſtantiſſimus, qui linquæ & latinæ & grecæ tantum habuit peritiam, vt eas ſibi velut maternam linguam teneret. Plura è greco latina fecit, & è latino non nulla æthruſcho donauit eloquio. Inter cætera autem typis excuſſa eſt poetica Ariſtotelis impreſſa Baſilicæ. 1537. & Tragedias non nullas compoſuit publicè dum viueret, populo repreſentandas ſtuduit. In prætio maximo habitus eſt. 1510.

ALEXANDER Strozza, cathedralis Florentinæ Præpoſitus Eccleſiæ Volaterranæ Epiſcopus, & ſacræ Theologiæ emulator indefeſſus, fidelium ſaluti conſulens, è latino in patrium ſermonem conuertit librum. Taulerium attitulatum. Vita functus eſt Florentiæ 1568. & in ædibus ſantæ Mariæ Nouellæ eius corpus conquieſcit.

ALEXANDER Ceccherellus vir non ignobilis literaturæ dialogum Etruſcho ſermone elaborauit, in quo in vnum collegit ſententias celebres, argutaque dicta Illuſtriſſimi Alexandri Medices Florentiæ Ducis primi. Incipit autem præfatio. *Poiche Meſſer Franceſco mio*, & viuit adhuc. 1575.

ALPHONSVS Paccius poeta non ignobilis celebrem Burchiellũ imitatus, plurima in eo genere edidit, quæ & ſi calcographis nequaquam ſint excuſſa, per hominum tamen manus vagantur, ſummaq; omnium leguntur voluptate. floruit. 1500.

ALMANOTIVS Decretorum doctor grauiſſimus: vir, inter eos, qui clara abdita reddiderunt inſignis, & precipuus. ſcripſit.

Super primum. ff. nou. *Item ſuper ſecundum. ff. nou.*

Quo autem tempore floruerit, cuiuſuè familiæ extiterit deſideratur. Mantua tamen in ſuis epitomatibus eum Florentinum nominat.

ALOYSIVS Benuenutius, Domini Franciſci Cattedralis Eccleſiæ canonici frater, à teneris annis & linguæ latinæ, & Grecæ Petri Migliorotti diſciplinam guſtauit. Deinde mercaturæ ſe contulit, in qua cum nihil proficeret (iam enim altiora querebat) ſtudijs Philoſophicis anno ætatis ſuæ. 21. totum ſe dicauit, Domini Franciſci Verini, ac D. Franciſci Bonamicij doctrinam ſtudens. In qua cum maximè profectum faceret, aureolam ſui laboris Piſis meritò eſt conſecutus. Fuit vir iſte D. Quirici Strotij, cuius Græcæ linguam percepit, familiariſſimus. Et anno ætatis ſuæ 28. Logicam publicè Piſis profeſſus eſt. Sed in matura morte oppreſſus ſummo omnium dolore, Anno 1569. vita functus eſt, cuius corpus in Campo ſancto humatur. Scripſit.

Super Poſterioram Ariſtotelis.

Methafiſicam Ariſt. è græco in latinum conuertit.

In accademia Florentina tres habuit lectiones.

Multas compoſitiones poeticas dictauit.

Atque tandem Hiſtorias Noui (vt fertur) Mundi componere curaſſet, ſi intempeſtiua Mors eum non occidiſſet. Ad finem quartum librum dumtaxat perduxit. Floruit. 1569.

ALOYSIVS Pulcius Poeta, qui ob ſuas virtutes, maximam ſibi apud omnes laudem vindicauit: & præſertim apùd Laurétium Medicem ſtudioſorum Mecenatem. Plurimas Odas: Cantilenas: & ſonettos materno idiomate conſcripſit. Verum cum aliqua ſacris literis haud conſona extitiſſent, merito à Patribus inhibita fuere. In cuius honorem cecinit Verinus in tertio libro de illuſtratione Vrbis Florentiæ.

Carminibus patrijs notiſſima Pulcia proles
Qui non hanc vrbem muſarum dicat amicam
Si tres perducat patres domus vna poetas. Floruit. 1480.

ALOYSIVS Ghinozzi pactij legiſta diſſertiſſimus librum edidit mercatoribus admodum vtilem: ibi enim computus, ac numerorum varietas, eorumq; diſcrimina accuratè demoſtrat, & docet. in Bibl. Gaddiana aquieſcit. Flor. 1507.

ALOYSIVS Alamanus, quem natura parens, ſic maximis decorauit animi dotibus, ad edendoſq; verſus naturali quo-

dam

dam preparamento ita inſigniuit,& fortuna ita bonorum cumulis ingentiſſimis,& gratiſſima deſteritate eum vberrimè donauit. vt Poeta exuberantiſſimus, ac dictiſſimus euaſerit, Plurima hetruſco ſermone conſcripta immortalitati conſecrauit. Primo exaltauit honores Franciſci primi Gallorum Regis potentiſſimi, apud quem honorificè ſemper vixit. Scripſit ſolutis verſibus, quorum primus inuentor extitit, opus de Agricultura ad eundem Franciſcum Regem.

Elegiarum libros quatuor ad eundem,cuius initium eſt.
Scorgemi anticho amore.
Eglogas quatuordecim ad eundem. *Dolce l'acuto ſuon.*
Cantilenas, & ſonettos ad eundem.
Spirito che di Regal' amanto.
Fabulas duas Narciſi, & Phætontij. *Alma mia pianta in te.*
Diluuium Romanorum ad eundem. *Io voleua gia cantare.*
Satiras duodecim ad eundem.
Tra che ſtolti penſieri tra quanti inganni.
Libros tres, quos ſilua intitulauit ad eundem.
I pungenti deſiri.
Tragediam Antigon inſcriptam. *ò mia cara ſorella ò dolce.*
Cui additur Tragedia altera intitulata,*Tragedia della libertà.*
Hynnos octo ad eundem. *Alme ſorelle chiare.*
Sonettos inſuper, & rithmos ottonarios innumerabiles.
L'oſcuro ſuo ſentier la notte haueua.
His omnibus accedit liber inſcriptus. *Girone il corteſe.*

Inſuper volumen egregia laude dignum verſibus eroicis conſcriptum, cui titulum fecit *le varchide*. Floruit in maximo pretio in Gallia Tranſalpina. 1540.

AMBROSIVS qui ab inſigni pietate,vel à cognationis vocabulo ab omnibus Homodei appellabatur, quiq; relictis præſentis ſeculi pompis Diuiq; Auguſtini familiam ingreſſus Florentino ſancti Spiritus cænobio, diuinis ſemper obſequijs ſacriſq; literis fuit additus, & in legis Domini meditatione die noctuq; intentus. Compoſuit declamationes ægregias ad populum ieiunij tempore,quas ſermones quadrageſimales vocauit. Et incipiunt. *Nolitæ fieri*, quæ in Bibliotheca ædium Sancti Spiritus aſſeruantur. clarus vixit. 1456.

AMBROSIVS familiæ camaldulenſium Pater Venerabilis, & eiuſdem congregationis generalis Abbas præſtantiſſimus, vir

ingenij viribus valens diſciplinarum opibus excellens, eloquij tã Etruſcij quã latini, græci, & hebraici facũdia prepotens. Philoſophiæ Scolatichæ, ac Platonicæ non ignarus. Theologię admodum diſſertus, atque in omnibus ſcientijs valde excultus: cuius doctrinam propè diuinam admirata eſt Conſtantienſis, Baſilienſis, atque Florentina Synodus, in qua græcos male de proceſſione Spiritus Sancti ſentientes, veritatem fateri coegit. Ob quas inſignes virtutes in maximo vixit pretio apud preſtantiſſimos viros. Nempè Martinum Quintum, Eugeniũ quartum, & Nicolaum quintum P P. M. M. qui, & ipſum cariſſimorum numero aſcribere, & in Rebus magni momenti Oratorem Apoſtolicum conſtituere non ſunt dedignati. Eugenius preſertim cum de eius dignitate, & ſalute in Concilio Baſilenſi ageretur, à quo adhuc Nuntius ad Imperatores orientales, & occidentales deſignatus eſt. Elaborauit plura preclara volumina, quibus memoriam nominis ſui cum gloria ad poſteros tranſmiſit, de quorum numero Subiecta feruntur. Videlicet.

Tractatus de Spiritu Sancto contra græcos negantes Spiritum Sanctum à filio non procedere.

Tractatus de Sacramento admirabili Corporis Chriſti.

Orationes nonnullæ diuerſis temporibus editę ad Patres Cõcilij. Quarum præcipua ea eſt, quam Ferrariæ habuit græco Idiomate, coram Hemanuellem Imperatorem, cæteroſque Prælatos, ac vniuerſos Orientales Proceres.

Eiuſdem etiam extant epiſtolarum libri ſexdecim elegantiſſimo ſtilo conſcripti; quorum Archetypon in Biblioteca Sancti Marci aſſeruatur, & initiũ eſt. Affectus ſum ſingulari voluptate.

Item libri duo comentariorum, in quibus annotantur ſingula, quæ geſſit dum eſſet Generalis Abbas.

Chronica montis Caſini.

Vita Sanctæ Eugeniæ virginis, cui additur vita Sanctorum Prothi, & Hyacinthi.

Summa deinde eloquentiæ è græco turbine conuertit librum de virginitate editum à Diuo Baſilio ad Gregorium Cardinalem, Poſtea Summum Pontificem.

Vitam Beati Ioannis Chriſoſtomi à Palladio conſcriptam, ad Eugenium quartum, & initium præfationis eſt. Domino Venerabili ac Beatiſſimo Epiſcopo.

Libros tres eiuſdem Ioannis Stagirium Monachum.

Homilias eiuſdem Ioannis ſuper Mattheum.

Libros decem, & octo eiuſdem Ioannis diuerſarũ materiarum.

Vitas

Vitas Monachorum,& Gregorij Nazianzeni.
Vitas Sanctorum Patrum Egiptij.
Libros quatuor Dioniſij Areopagitæ.
Diogenem laertium de vitis philoſoforū ad Coſmū Medicem.
Ephrem Sirum Diaconum ad eundem Coſmum. & incipit. Dilectiſſimi.

Climacum Ioannis Scolaſtici, in quo de vita, ac perfectione monaſtica pertractatur.

Plurima adhuc magna cū venuſtate è græco turbine tranſtulit, & ex proprio ingenio elaborauit, quæ ob temporis iniuriam collapſa, & de ſperſa ſunt, ob id ſilentio inuoluuntur. Illud tamen haud prætereundum eſt, quod licet ipſius dicendi genus varium fuerit, iugiter tamen perſpicuum, ac lucidum eloquentiæ flumen effudit, vt iurè de ipſo affirmandum ſit idem, quod Diuus Auguſtinus de Ambroſio Mediolanenſium Archiepiſcopo dicere ſolebat: Videlicet de humilibus ſubmiſſe, de mediocribus temperatè: & de magnis ſublimiter pro rerum diuerſitate, & dignitate loqutus eſt. Oritur Florētiæ. 1370. ex Ciuenne trauerſario ex Porticu oppidulo Florentino originem ducens: à quo dum quartum decimum agit annum ſacro Camaldulenſium ordini conſecratur, & à Venerabilibus Patribus Camaldulenſibus in monaſterio Angelorum Florentiæ Togam Monaſticam ſuſcepit. Literas verò græcas ſub Chriſaoro Venetijs comprehendit. totius vitæ ociū abſtractus in altitudine Chriſtianæ contemplationis, vti pium, ſacrumq; virum decet in diuinis literis conſumpſit.

Senio tādem fatigatus, ac ætate grandeuus ex hac vita ad aliam migrat. 1490. apud ſacram illam Camaldulenſem Heremum, triginta millibus paſſibus à Florentia diſtantem, ibique in gentibus ſuæ congregationis lacrimis humatus eſt: & non ſine virginitatis opinione. Lilia etenim candidiſſima non poſt multos dies eo in loco, in quo ipſius cineres conquieſcebant oriri conſpecta ſunt. In eius autem laudem quędam annotauit Dōnus Petrus Benedictinus in Hiſtoria ſua monaſtica, & Paulus Iouius in ſuis elogijs. Spinellus tamen Poeta egregius his carminibus cum cohoneſtauit. Videlicet.

Attica mella ſapis, redoles quoque nectar vbique
Tu qui diuino numine nomen habes
Quod niſi dulce canis referes miſteria diuum
Dulcius hoc certè eſt nectare, & ambroſia.

AMER-

AMERIGVS ab alijs perperam. Albericus Veſpuccius, Coſmographus, & Corographus vniuerſo orbi notiſſimus, qui tantum apud potentiſſimum Luſitaniæ Regem valuit, vt nō nullas ei naues crediderit, quibus omnia maria peruagans, vniuerſumq; orbem circumgirans, primus Regiones incognitas reperijt, ob quam præſtantiſſimam peregrinationem, non tantū quarta mundi pars eius nomine omnium iudicio America nominata eſt; ſed inumeræ gentes demonum cultrices, intra non multos annos relictis execrandis ſimulachris ad cultum verum, veroſque honores, impendendos traductæ fuerunt. Edidit Epitomata nauigationum ſuarum, in quibus graphicæ deſcripſit noua ſidera, nouas inſulas, & nouas Regiones ad Laurentium Medicem iuniorem. Hæc autem in Hiſpanium, & latinum ſermonem poſtmodum translata ſunt. Clarus habitus eſt. 1518. Vt autem tantæ nauigationis memoria perpetuò maneret, Luſinthaniæ Rex fragmenta quædam illarum nauium, quibus orbem circungirauerat, in Cathedrali Baſilica (vt ferunt) appendi fecit.

ANDREAS Corſalius Corographus præcipuus, qui vitam ſuā Neptumno totam propè dicaſſe videbatur. Nam à teneris annis vſque ad ſenilem ætatem maria peragrauit. Scripſit tractatum de nauigatione maris rubri. Et de Sinu Perſico. & exorditur. *Gia duoi anni paſſati.*

ANDREAS (cuius familia ignoratur) librum dictauit, cui titulum fecit *il Meſchino*. in quo Hiſtorias quaſdam complectitur. & initium eſt. *Naturalmente pare che*. Aſſeruantur manuſcriptæ in Bibliothecha gaddiana.

ANDREAS Fiocchus vir grauiſſimus eximia doctrina refertus, inter cætera, quæ ad manus venerunt, ediditlibrum attitulatum de poteſtatibus Romanis, & initium. *Natura, ac ratione rerum introductum eſt*. Hoc opus manuſcriptum commoratur apud Bibliothecam illuſt. equitis Nicolai Gaddij.

ANDREAS Cambinus hiſtoricus percelebris, non in modico labore conſcripſit patrio eloquio comentarios de Turcharum geſtis, quos in quatuor libros partiuit, & eorum exordium ſic ſe habet. *La natione de Turchi*. Floruit. 1530.

His accedit liber de amicitia à Cicerone editus, quem in maternum Sermonem conuertit. ad Antonium medic. & initium. *trouandomi à queſti giorni paſſati.*

AN-

ANDREAS Dathius in humanis eloquijs eruditiſſimus, & linguarum profeſſor peritiſſimus, ſed poeticæ artis cultor perpetuus, quippe qui quo ad vixit diligenter illuſtrans hortos amenos muſarum, & quotidiana exercitatione flores ſuauiſſimos lãbens, mel dulciſſimum iugiter Florentinæ iuuentuti fundit. Dictauit plura carmina, & nonnulla epigramata edidit, & quædam græca latino eloquio donauit. Inter hæc autem, à Laurentio Torrentino quædam typis excuſa fuerunt. 1549. Videlicet.

Aeluromyomachiæ libri tres.

Silue octo.

Epicedia, & alia diuerſorum generum Poemata. Cum oratione de laudibus literarum.

ANGELVS, Cuius familia ignoratur, bonarum literarum promptuarium, & Geographiæ. Aſſiduus profeſſor (teſte virorum illuſtriũ quodam cathalogo) geographiã Ptholomei vertit.

ANGELVS Valumbroſanus venerabilis Pater, inſtitutionum monaſticæ regulæ obſeruator indefeſſus, ac vitæ inculpatæ, quippe qui vitam eremiticam ſemper duxit, vt Deo commodius inſeruiret. Inter cætera quamdam epiſtolam admonitionibus ſalutaribus plenam dictauit, ad Matronas Florentinas. & initium eſt. *Angelo peccatore Anachorita.* Enituit. 1496.

ANGELVS Congregationis Vallis vmbroſanæ monachus, patrio eloquio inedendis carminibus, inexplicandisq; ſui animi conceptibus ſoluta, pedeſtrique oratione luculentus, terſus, copioſus, varius abbundans, ſuauis, facetus, & vrbanus, qui cum ſua dicta, atque ſcripta verbis iocoſis admodum, ac vanitatibus quibuſdam, quæ virum religioſum non decent, repleta conſpiceret. Nomen inuertendum, florentiolamq; ſe appellandum duxit. Conſcripſit hæc, quæ ſubiecta feruntur, & primo ſoluta oratione.

Diſcurſus animalium, quorũ initium. *Nella grande è populoſa.*

Diſcurſus de pulchritudine mulierum. Celſus inſcriptas. *Eſſendo ſtato ricerco molte volte.*

Diſcurſus de earundem mulierum perfecta pulchretudine. *Perciochè nelle giouani.*

Epiſtolas nonnullas. *Nobil Sermone.*

Sermones diuerſos. *Se io non mi riſerbaſſi.*

Nouitates octo. *furono adunque già.*

Tracta-

Tractatum inſcriptum, *Diſcacciamento delle nuoue lettere. Venendomi à di paſſati.*

Præterea dictauit carmina penè innumerabilia in libro Bernæ annotata.

Rurſus è latino in maternum ſermonem conuertit. Apulcium de aſino auro.

Commedias duas quarum prior inſcribitur, *i Lucidi*. Poſterior. trenutia. Floruit 1550. & extra ſuã congregationem diẽ obijt.

ANGELVS Segnius vir inter eos, qui eloquentiæ Hetruſcæ gloria floruerunt inſignis, multa ingenij ſui præclari monumenta peperit, argutis, grauibuſq; verbis Florentiſſimè exornauit, è quibus extant in primis.

Eopoſitiones ſuper ſonettos Petrarcæ.

Vita Donati Neri Acciaroli idiomate patrio eleganter elaborata.

Et vt Poeta venuſtiſſimus ſonettos non vulgares quin etiã cecinit. Viuit adhuc 1571. complura alia poſteritati relicturus.

ANGELVS MARIA Monturſius ſacræ theologiæ doctor, ordinis Seruorum vitæ inculpatæ, qui ob ſuas animi dotes non nullis ſuæ religionis officijs functus eſt. Scripſit ſuper Magiſtrũ ſententiarum comentum Florentiæ excuſſum. Viuit. 1588.

ANGELVS Brõzinus non minus pictor venuſtiſſimus, quàm Poeta elegantiſſimus, cuius propè diuinum ingenium an magis Picturæ, vel potius Poeticæ arti eſſet addictum, difficile eſt ſententiam ferre. carmina ſuauiſſima patrio eloquio dictauit, quę manu conſcripta, & excuſſa hinc inde habentur, ſummaq; iucunditate excipiuntur. Diem obijt Florentiæ 1572. & in Eccleſia miſericordiæ reconditus eſt. Quem poſtmodum laudatione funebri cohoneſtauit Alexander Allorius eius alumnus.

ANTONINVS Nicolài, & Thomaſinæ filius inſtituti Dominicàni Pater venerabilis, Ioannis Dominici Cardinalis auditor ſtudioſiſſimus, Euangelici verbi declamator, & propugnator precipuus; Cathedralis Eccleſiæ Florẽtinæ Archipræſul ſanctiſſimus à Leone Decimo in cæleſtium ciuium numerum relatus; cuius ſanctitatem admirãs Nicolaus Quintus in verba hæc prorumpere non dubitauit. Non minus ego Archiepiſcopum Florentinum Sanctorum Chathalogo adhuc viuũ adſcribendũ, putaré quàm Bernardinũ mortuũ, qui ob ſuas virtutes apud Romanos

nos Pontifices ad Calixtum ſcilicet. tertium, Pium ſecundum,& & Nicolaum quintum, ſepè legationis Florentinæ Reip. munus impleuit. Hæc, quæ infra notantur ingenti ſudore, aſſiduisq; vigilijs elaborauit: digna, vt ab omni poſteritate amentur, venerentur, & colantur. Videlicet.

Tryalogum in hiſtoriam duorum diſcipulorum euntium in Emaus in quo ad inuicem de Chriſto in habitu viatoris, omnia vaticinia, oracula, atq; præſagia declarantur, quæ de vita, morte, & reſurrectione Chriſti in veteri teſtamento ſcripta ſunt. Opus autem incipit. Incipiens à Moyſe.

Inſtructorium Confeſſorum. lib. vnus. defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

De cenſura eccleſiaſtica. lib. vnus.

Sermones de tempore. lib. vnus. Conuertimini ad me.

Sermones de Sanctis. lib. vnus.

Chronicam notabilem ab origine mundi vsq; ad ſua tempora. lib. 3. cuius initium. loquar propoſitiones ab initio.

Sed omni hæc eccedunt volumina quatuor, quæ ſumma ſummarum intitulantur. In his enim quicquid ad conſiderationem, ſpeculationemq; ſacræ Theologiæ. Quicquid ad nobiliſſimarum virtutum acquiſitionem. Quicquid denique ad bene beateq; viuendi vſum pertinere videtur, dilucidè, ſapienterque conſcriptum eſt, nihil ibi prætermiſſum: nihil obſcure: nihil concisè, mutilateque dictum reperitur: ſed vt ſingula inoteſcant diſtinctè omnia in ea pertractata annotabuntur. Videlicet.

In prima parte.

De animæ genere, ac eius nobilitate.

De eius infuſione in corpore.

De eius potentijs, quæ extrinſecus operantur.

De intellectu, ac voluntate.

De paſſionibus animæ.

De cauſſis peccati.

De peccato, & nocumento eius.

De ſemptemplici genere legum. & exordium eſt. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine.

In ſecunda parte.

De ſeptem vitijs in ſpecie, de eorumque ramis, & in primis de ſuperbia.

De Symonia.

De reſtitutionibus.

De Iuramento, & periurio.

De vo-

De voto, & tranſgreſſione voti.
De infidelitate, eiusq; generibus. & incipit. *Confregiſti capita Draconis.*
In tertia parte.
De officio cuiuſcunq; hominis, cuiuſcunq; conditionis extiterit.
De omni arte, atque vſu viuendi, cui operi titulum fecit. de ſtatibus hominum.
De cenſuris, & excommunicatione.
De ſeptem Eccleſiæ ſacramentis, & exordium habet. *Aſtitit, Regina.*
In quarta parte.
De ſeptem virtutibus, ſcilicet Cardinalibus, & thæologicis.
De gratia ſpiritus ſancti in genere.
De ſeptem eiuſdem ampliſſimis donis. his adiecit.
Quadraginta ſex ſermones in laudem Beatæ Mariæ Virginis. & incipit.
Benedictionem dabit legis lator.
De eruditione confeſſorum.
Sermones de tempore.
Sermones de Sanctis.
Horum autem omnium ſacrorum librorum, ſimulq; Chronicæ Archetipon in Bibliotheca Sancti Marci de Florentia aſſeruatur.

Cuius Monaſterij alumnus erat. Paſtor iſte Sanctus: qui poſtquàm clerum Florentinum admodum perditum, ciuesq; non nullos fœneratores ad rectam viuendi Normam reuocauit. Plurimas ſocietates ſacras pro pueris, ac iuuenibus in Dei timore inſtruendis ordinauit. Tandem placuit altiſſimo coronam iuſtitiæ illi reddere.

Inuigilia ergo Aſcenſionis Domini, quæ celebrabatur quinto nonas Maij, anno Chriſtianæ redemptionis. 1459. ſolutis corporeis vinculis repetito verſu. Oculi mei ſemper ad Dominũ, quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos. Euolauit glorioſè ad æthereas ſedes, & in Venerabili templo Sancti Marci Florentiæ ipſius ſacri cineres reconditi fuere. Eius verò admirabilem vitam elegãtiſſimè conſcripſit Reuerendus Franciſcus Caſtilionenſis Sancti Laurentij canonicus, & in ipſius tumulo, adhuc inuiſitur hoc Epitaphium.

Hic eſt ille tuus Paſtor Florentia, pro quo
Non ceſſas mæſto ſpargere rore genas.

Patri-

Patribus haud priſcis pietate ANTONIVS impar
Qui ſcripſit quicquid litera ſacra docet.

ANTONIVS Allegrettus Philoſophus, & Poæta ſingularis ſuæ ipſius virtutis teſtimonia poſteritati trāſmittens in lucem dedit l. de Cælo attitulatum. cuius initium eſt. *Dell'alte ſtelle fiſſe, & degl' erranti.* in Bibliotheca Gaddia.

ANTONIVS de Nomis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini profeſſor, ſacrarum literarū cultor pręcipuus ſumma eruditione inſignis, & verbi diuini declamator ſingularis, quem ſępe Oratoris munere in rebus magni momenti apud ſummos Pontifices, & Chriſtianę fidei Principes, pro Florētina Republica functum fuiſſe ferunt. Annalia plurima ſuę doctrinę teſtimonia reliquit; vt quædam monumenta Auguſtinienſium tradunt; quę vel temporis iniuria, vel impiorū inuidia aboleuit. Inſignitus eſt autē marmoreo tumulo in Capitulo Sancti Spiritus cum octo eiuſdē monaſterij eximijs Patribus, quibuſdā carminibus exornatus.

ANTONIVS Squarcialupus Muſica arte, & in pulſandis armonicis inſtrumentis ita peritus, vt ex remotiſſimis regionibus incogniti populi Florentiam ſe conferre ſtudurint, vt eum viderent, & ipſius armonicos ſonos audirent. Quędam ad Muſicā attinentia edidit. ob id vt tanti viri memoria innoteſceret poſteris eius imaginem ex marmore ſcultam Senatus Florentinus propè valuas Cathedralis Eccleſię apponi curauit, hoc epitaphio illuſtratam. Videlicet.

Multum profectò debet Muſica Antonio Squarcialupo Organiſtæ. Is enimita arti gratiam coniunxit, vt quartam ſibi viderentur Charitates muſicam aſciuiſſe ſororem. Florentina ciuitas grati animi officium rata eius memoriam propagare, cuius manus ſæpe mortales in dulcem admirationem adduxerat, ciui ſuo monumentum donauit. floruit circa annos Chriſtianæ ſalutis. 1430.

ANTONIVS ex nobili Albertorū familia æques illuſtris Philoſophiæ verò, & medicę artis Doctor percelebris, quippe qui in Bononienſi gynnaſio optima ſtipendia promeruit. Opuſcula quędam ad eaſdem facultates maximè facientia euigilauit. Qui qualis, quantuſq; fuerit hoc epitaphium in marmore exciſum, quod adhuc in amplo Seruitarum templo Bononiæ videtur, ſatis ſuperq; inſinuat.

Hoc

Hoc licet Antoni lateant tua marmore membra
Mens tamen ipſa polo vitæ ob benefacta relata eſt.
Artibus & ſtudijs, tituloq; inſigni equeſtri
Quo genus Albertum, & Florentia magna triumphat.
Claruit anno Domini. 1425.

ANTONIVS Pacius presbyter venerabilis, æques Sancti Stephani, muſicus non vulgaris, quemadmodum Madrigalia ſex vocibus primo Venetijs excuſſi teſtantur, ad Sereniſſimum magnum Hetrurię Ducem Franciſcum. Et ad magnificum, & illuſtrem Comitem Bartolomeum Concinium. Viuit.

ANTONIVS Alemanus ſonettos quamplurimos & periocúdos dictauit. Domini Franciſci Petrarcę veſtigia ſequens.

ANTONIVS Medices inſtituti Diui Franciſci P. Venerabilis, ſacræ theologiæ Doctor inſignis, & euangelici verbi pręco ſingularis, plura in diuinis ſcripturis ſatis eleganter ſcripſit, quorum, & ſi magna pars diſperſa ſit. ſuper Bibliam tamen annotationes quędam habentur in Bibliotheca ſanctę Crucis de Florentia. Claruit. 1490.

ANTONIVS Ciophius Vtriuſque iuris doctor, vir hac noſtra tempeſtate percelebris, atquè Academiæ Piſanę accomodatus, vt abdita legum nobis aperiret, qui, cùm legiſtarum doctrinam explicauerit perfectiſſimèq; dilucidauerit, cæterorum corona meruit appellari. Vita functus eſt Anno Domini 1575. ſuę doctrinę teſtimonia relinquens. Videlicet Conſilia, ſiue reſponſoria Iuris in duos libros digeſta excuſſa Venetijs 1583. Ad Sereniſſimum Franc. M. Hæt. Ducem. Incipit. Quamuis huiuſmodi. Multaq; alia vir iſte conſuluit. quę adhuc typis minimè excuſſa ſunt.

ANTONIVS Beniuenius Dominici Thęologi pręſtãtiſſimi, & Hieronymi poetę venuſtiſſimi vterinus frater, philoſophus inſignis, medicus (teſte Ficino) legitimus, ac omniũ artium liberalium ſtudioſiſſimus, & apprimè eruditus, ſcripſit plura ingenij ſui monumenta latino, & leganti eloquio, quorum præcipuum illud extat, quod intitulatur. De abditis, & admirandis morborum ſanationum cauſis. Florentię primo typis excuſſum. 1496. cuius initium tale eſt. Nouum morbi genus. Floruit anno Chriſtianæ

ſtianæ ſalutis milleſimo quadrigenteſimo octuageſimo. Et in maximo habitus eſt pretio apud doctiſsimos viros, & Politianum præſertim, qui in libro ſuorum epigramatum elegiam in laudem Domus Beniueniæ dictauit, cuius exordium.

Vt ſonipes geminas attolit Martius aures.
Cum raucæ belli ſigna dedere tubæ.

Obijt Florentiæ 1502. cuius cadauer in ædibus Diuæ Annuntiatæ reconditur tumulo marmoreo, cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Antonio Beniuenio Patri Philoſopho, ac medico, ſibi poſteriſq; Michael Beniuenius poſuit. Obijt die ij. Nouen. an. Sal. M. D. I I.

ANTONIVS Dulciatus Eremitanæ familiæ decus, vir admirabili ingenio, doctrina ſingulari, & eruditione exquiſita prę-ditus, dum eſſet Florentiæ in venerabili monaſterio Sancti Galli, dictauit celeberrimum opus inſcriptum Compendium ſolis, & lunæ, cum ijs quæ ad Clericos ſpectant, quod Egidio Romano dicauit, & Romæ in Archiuio ordinis Eremitani aſſeruatur manu ſcriptum. Claruit. 1512.

ANTONIVS Bonguidius comentaria non nulla dictauit: Sonettos. Cantioneſq; quamplurimas compoſuit.

ANTONIVS Puccius Cardinalis ampliſſimus titulo ſanctorum quatuor coronatorum Maior penitentiarius, poeta non vulgaris, ſed thæologus inſignis, qui in Cathedrali Eccleſia Florentina, dum eſſet Canonicus incredibili omnium admiratione plura ſacræ ſcripturæ loca abdita, & obſcura interpretatus eſt. Summo ſtudio elaborauit Homilias quatuordecim non minus eruditas, quàm pias, & eis titulum fecit de corporis, & ſanguinis D. N. Ieſu Chriſti ſacrificij, eiuſdemq; ſacrorum verborum declaratione.

Initium autem huius operis ſic ſe habet. Cum ſit cuiq; natura tributum. Conſcripſit plurimos etiam rithmos octonarios elegã-tiſſimos. Annum autem agens ſexageſimum diem obijt Romę, & in choro Sanctę Marię ſuper Mineruam, cum duobus alijs Cardinalibus ex eadem familia, Laurentio ſcilicet, & Roberto humatus eſt. In cuius ſimplici tumulo hæc legitur inſcriptio.

D. O. M.

Antonio puccio Epiſcopo Sab. Car. SS. IIII. M. Pæn. moribus, & Religione, ac in omnes probos liberalitate ſingularis, qui V. an. 60. d. 4.

Robertus Puccius Car. SS. *IIII*. M. Pæn. patris filio iuxta clem. PP. V*II*. à quo purpuram acceperat, Sepulcrum. f. c. mor. ob. 1544.

ANTONIVS Manettus philoſophus, & mathematicus non ingnobilis, patrio eloquio dialogum edidit, inſcriptum de ſitu, menſura, & forma inferni Dantis, & ſi à natura morte de medio ſublatus nõ fuiſſet, Petrum Franciſcum Giambularium idem negocium reaſumere non fuiſſet opus. Primus enim extitit, qui ſua ingenij bonitate ex inferis reuocauit Architecturam præmemorati Vatis. Claruit 1540.

ANTONIVS Bruciolius literarum tùm latinarum, tùm græcarum peritus, vrbem Florentiam, & ipſe ſuo diſſertiſſimo ingenio decoraſſet, ſi ſacris prophana non adimiſcuiſſet. Quam ob cauſam à ſacra Tridentina ſynodo ſingula ipſius opera damnata fuere, ac in prima reprobatorum Authorum claſſe iurè collocata. vixit. 1550.

ANTONIVS Landus vir peracuti ingenij, bonarum literarum non ignarus, comicus, percelebris, & Achademię Florentinæ ornamentum ſingulare, quippe qui in ea recondita loca omnia Dantis, Petrarcę, cæterorumq; in poetica arte Principium clariſſimè aperuit. Inter cætera ſui ingenij monumenta teſtatus eſt comediam apparatu nobiliſſimo publicè Florentiæ incredibili auditorum frequentia, & lætitiam exceptam. Enituit. 1545.

ANTONIVS Altouita Archipræſul integerrimus vrbis Florentiæ, dialecticus acutiſſimus, philoſophus ſagaciſſimus, thęologus percelebris, & vir deniq; vndequaq; doctiſſimus, qui in diſſerendo de altiſſimis quæſtionibus, ſiue ad ſcientiarum, ſiue ad naturæ abdita pertinentibus non quæ ab expoſitionibus, quinimo nec ab authoribus proponebantur, ſed quæ magis veritati conſona videbantur inſectanda affirmabat, acutiſſimiſq; rationibus facillimè id cõprobabat. Hęc lectu digniſſima patrio eloquio

deſcripta

deſcripta in lucem miſit. nequaquam tamen adhuc typis excuſſa. quæ ijs titulis prænotauit.

Trattato *della propoſitione*.

Trattato *del ſylogiſmo*.

Trattato *della dimoſtratione*.

Trattato *ſopra predicabili*.

Trattato *ſopra predicamenti*.

Trattato *ſopra gli elementi*.

Trattato *ſopra l'eſſentia dell'anima*.

Trattato *ſopra l'appanar de vetri*.

Trattato *ſopra la tranſmutatione de metalli*.

Trattato *della cauſa de venti*.

Trattato *perche la tramontana facci buon vento & l'Auſtro l'oppoſito*.

Trattato *per quel che il mar non creſcie, ne ſcema*.

Trattato *ſe l'infinito in atto è impoſsibile*.

Trattato *ſopra quel argumento* ſi daretur vacuum.

Trattato *della principal & maggior parte della poſteriora*.

Et pleraq; alia edidit vir iſte præſul, quidem vitæ inculpatæ, qui poſtquam annis ..... laudatiſsè præfuit morbo repentino interceptus extremum ſoluit debitum die 28. decẽbris anno Chriſtianæ ſalutis 1573. cuius cadauer in Eccleſia ſancti Apoſtoli reconditum eſt. Sed primum ad cathedralem honorificè delatum, ibiq; vniuerſo populo, & clero aſtante à Reuerendo Domino Mattheo Saminatenſi canonico Florentino funebri laudatione ipſius virtutes cohoneſtatæ fuere.

ANTONIVS Franciſcus Donius olim O. S. B. M. V. F. vir inter eos, qui eruditionis, & eloquentiæ gloria, floruerũt, inſignis, & Poeta non vulgaris. Multa præclari ingenij ſui monumenta patrio ſermone conſcripta elegantibus verbis, argutiſq; ſententijs Florentiſſimè exornata, abundè, facetè, atquè vrbanè dictauit. Videlicet.

Literarum libros tres.

Numiſmatum libros quatuor.

Facetiarum libros duos.

Nouitatum librum vnum.

Inuectiuas tres, quarum prior intitulatur *el Baleno. poſterior la Saetta. e Tertia el tuono*.

Dialogum inſcriptum. *la fortuna di Ceſare*.

Bibliothecam.

Muſicam Dialogum.

Comediam cui titulum fecit. *lo ſtuſaiuolo.*

Dialogum prænotatum *el diſſegno.*

Microcoſmum.

Æternitatem patriæ libros quinque, & pluraq; alia, interq; extant literę iurè à Sacra Tridentina Synodo inhibitæ, cum aliјs quibuſdam opuſculis. Bellum inſuper nauale inter ſacram conſpirationem, & infideles confectum, verſibus Heroicis conſcripſit ad Henricum quartum Galliæ Regem. obijt Venetij. 1574. menſe Settembris.

ANTONIVS Franciſcus Laſcha, poeta, & comicus admodum inſignis, qui ſua ingenij dexteritate, & ſi nulla ferè literarum cognitione inbutus, ad rectè ſcribendum, & ſoluta, & pedextri oratione acceſſit. Complures ſonettos, & capitula iocundiſſimè accepta dictauit.

Rurſus typis excuſſæ habentur comediæ duæ, quibus titulus eſt. *la ſpiritata. & la geloſia.* Flor. 1584.

AVGVSTINVS ex ſeruorum Beatæ Mariæ Virginis familia cænobita venerabilis, orator, & præco inſignis, philoſophus, & theologus precipuus, ob quas eximias, virtutes Leoni decimo Mediceo Pontifici maximo, quo ad vixit, iugiter chariſſimus extitit, & ſuæ Religionis admodum fructuoſum ſemetipſum exhibuit patrem: quippe qui in generali procuratoriæ dignitate conſtitutus, acerrimè eam tutatus eſt. Quædam ad Verbi Dei Concionatores attinentia ſcripſit. Impreſſus tamen tantum habetur liber, in quo ſingulæ ipſius elegantiſſimę orationes, continentur, quas diuerſis in locis, & coram ſummis Pontificibus habuit. Moritur Romæ adhuc ſui ordinis procurator. 1517. annum attingens ætatis ſuę ſexageſimum octauum, & in Baſilica Sancti Marcelli cum cæteris patribus humatur.

AVGVSTINVS inſtituti Camalduleníis monachus, in humanis, ac diuinis literis non immodicè doctus, ex plurimis, ac antiquiſſimis monumentis ſatis polito eloquio latino vitam, & miracula ſanctorum Chriſti confeſſorum Iuſti, & Clementis conſcripſit ad ampliſſimum Volaterranum magiſtratum, & præfationis initium eſt. *Falsò quæritur de diuina diſpenſatione.*

Rurſus in lucem miſit hiſtoriam ſacri Eremi Camaldulenſis ad Sereniſſimũ Franc. ſecundum Etruriæ Ducẽ. viuit adhuc. 1575.

AVGV-

AVGVSTINVS Monachus Camaldulenſis, Pater venerabilis, Religionis ſuæ hiſtoriam poſteris conſecrauit. Viuit.

AVRELIVS Brandolinus ob oculos ſibi lachrymantes lippus cognominatus, vir certè eruditiſſimus ſed eloquentiſſimus, & diſſertiſſimus in primis, poetaq; conſumatiſſimus, atq; multarum aliarum diſciplinarum, maximeq; muſicæ copiosè doctus, ſua tempeſtate in Hūgheria in Italia atq; omni Europa clarus, cuius fama cū vbiq; explendeſceret, à Matthia glorioſiſſimo Hungarorum Rege aſcitus, & Budæ, ac Strigoniæ multis annis publico munere magna cum laude oratoriam docuit. Et inde dulcem patriam reuertens Diui Auguſtini in Venerabili monaſterio de Florentia habitum induens, haud multo poſt ob ingenij eruditionis præſtantiam Sacerdos initiatus. Etiam concionator euaſit egregius, nam cum aliquam concionaturus ingrederetur ciuitatem, Eccleſiarum prælati, atque alij doctiſſimi viri, quadam incredibili voluptate illum audire ſatagebant, eratq; adeò facilis in tradendis verſibus cuiuſq; generis, vt quicquid dicere voluiſſet, verſus erat, Scripſit tùm verſu, tùm ſoluta oratione plura, è quibus obſeruata ſunt hæc. Videlicet.

Libellus de lege. l. 1.
Comenrarij in omnes diui Pauli Epiſtolas.
Opuſculum de paſſione domini ad Pontificem.
Hiſtoriæ quedam ſanctorum, & orationes.
Liber in quo carminibus heroicis. Nouum & Vectus teſtamentum complexus eſt.
Paradoxa chriſtiana. l. 2.
De ratione ſcribendi. l. 3.
Dialogus de humanæ vitæ conditione, & tollenda corporum ægritudine ad Matthiam Coruinum Regem.
Quædam carmina de morte Platinæ: & pleraq; ex his inueniuntur Baſileæ excuſſa.
Obijt Romæ ex peſte. 1498. (teſte Iacobo bergomenſe) in edibus Eremitarum humatus eſt.

B.

BACCIVS Vgolinus multa doctrina imbutus, ſed ſuauitate poetica plurimis ſalibus aſperſa refertus, cuius carminibus, ſiue quæ ad citharam canebat ex tempore, ſiue quæ per ocium com-

ponebat, nihil dulcius, mundius, limatius, ac venuſtius. Ob quas, & cæteras ipſius virtutes ingenuas (teſte Politiano) amabatur à Principibus ſine aulicorũ obtrectatione. Celebrabatur à doctis ſine emulorum offenſione. Compoſuit, nõ nulla metricè, quæ nõ impreſſa circumferuntur. Eiuſdem leguntur Epiſtolæ cum Politiani operibus impreſſæ. Claruit. 1490.

BACCIVS Baldinius Medicinæ Doctor, & apud Sereniſſimum Coſmum Magnum Hætruriæ Ducem in magno prætio. Idcirco poſt huius laudatiſſimi Principis obitum. Mores, ac Geſta ipſius dictauit, & Florentiæ typis excuſſit. 1578. cuius initium eſt. *Non mancheranno molti peregrini ingegni.* Viuit.

BALDASSAR Carduccius decretorum doctor peritiſſimus, qui in Patauina Achademia Pontificium, deide Cæſareũ ius ingenti audientium admiratione interpretatus eſt, & poſt aliquod tempus ſe Venetias conferens vt priuatè Senatoribus quibuſdam legum ſecreta aperiret. Tandem in Galliam: poſtremò in Patriam reſtitutus, qua ſeditione ciuium pulſus fuerat, quædam edidit. teſte Mantua. floruit. 1520.

BAPTISTA de Rubertis Aſtrologus non indoctus, edidit libellum patrio idiomate conſcriptum, quem prenotauit, *Oſſeruationi d' Aſtrologia, & altre apartenenze.*

Præterea dialogorum authores imitatus libellum edidit attitulatum, *della Rep. della vita ciuile: & ruſticana, e della fortuna, de Principi*: & exordium eſt. *Ved' io.*

BARTHOLOMEVS Faccius rerum antiquarum indagator indefeſſus, & Hyſtoricus inſignis, bellũ inter Gallos, & Britonos accuratè conſcripſit ad Carolum clariſſimum. Prologus incipit. Quod me rogaſti Carole generoſe. Tractatus verò diuturnum, atque atrox inter Gallos. aſſeruatur liber manuſcriptus apud Bibliothecã illuſt. equitis Nicolai de Gaddis. enituit. 1400.

BARTHOLOMEVS Lapaccius de Vbertinis ordinis prædicatorum profeſſor in ſacrorum doctorum numerum relatus, orator euangelicus, & epiſcopus Argoletenſis, & deinde Coronenſis: qui cum latinam, græcam, & hebraicam linguam imbibiſſet, & Rethoricam, Dialecticam, Geometriam, & Muſicam nouiſſet, ita omnem Philoſophiam, ſcientiarum aſſerta, opiniones,

dogma-

dogmata, ac deniq; vniuerſam thæologiam complexus eſt, vt homines grauiſſimos laudatores babuerit. Quod prefectò non modo teſtati ſunt græci, & quidem peritiſſimi in Concilio Florentino, qui proceſſionem ſpiritus ſancti ab vtroq; procedere eo arguente ſunt coacti. Sed & ipſemet pontifex ſummus Eugenius. Quartus, qui non tantum eum Præſulatu Coronenſi decorauit, ſed etiam verbi ducem, ac tubam celebrem nominandum duxit.

Scripſit inter cætera hæc lectu digniſſima, quæ non impreſſa apud Bibliothecam Cenobij Sanctæ Mariæ Nouellæ, & Sancti Marci Florentiæ aſſeruantur. Videlicet.

De glorificatione ſenſuum in æterna beatitudine libri dúo, in quibus explicat quomodo ſenſus noſtri poſt diem iudicij glorificabuntur. & initium eſt.

Duas eſſe vitas.

Tractatus de effuſſione ſanguinis Chriſti in Cruce. ad Pium ſecundum.

Controuerſia de Chriſti diuiniſſimo ſanguine.

Tractatus de Incarnatione more ſcholaſticorũ. *Primo queritur.*

Tractatus de diſtinctione ſpiritus ſancti à filio, ad Beſſarionem Cardinalem.

Sanctus Thomas de Aquino.

Conciones, & ſermones innumerabiles ad populum. *Conuenientibus vobis in vnum.* De letitijs Paradiſi. Super miſerere Deus.

Et plura alia quæ adhuc in tenebris latitant.

Natus eſt Florentiæ anno Domini. 1396. Religionis togam recepit. 1414.

Ad alteram verò, & meliorem vitam euolauit. 1466. 21. Maij hora 9. eius autem corpus. 25. die eiuſdem menſis in templo cenobij. Sanctæ Mariæ Nouellæ, cuius erat filius, honorificè conditum eſt, cum hac ſepulchri inſcriptione, quæ adhuc viſitur.

Bart. Lapaccio Coronam epiſcopo armis omnibus eccleſiæ militi inuectiſſimo pietas curauit.

BARTOLOMEVS Scala vir ſingulari ingenij bonitate præditus, in omni artium genere ſcientiarum, & linquarum, & inter elegantiſſimos ſcriptores ſua tempeſtate præcipuus, quem ſui ipſius virtutes inter familiariſſimos Magni Coſmi, Franciſci mariæ Sforzæ Ducis Mediolani., & Innocentij Octaui collocarunt. Et primates ciuitates Florentinę, vniuerſo ſuffragiorum cõ-

ſenſu,aſcripſerunt,& ad Prioratum, atque vexilliferatum euexerũt. Ad ſenatoriũ ordinem ſimuluè egueſtrem ſubſtulerunt (beficio ſummi Pontificis Innocentij. 8.) & tandem Reipublicæ Florentinæ ſecreta, ſumma fide. 20. ann. adminiſtrare tradiderunt. Propter quam rem in omnium ore extabat Laurentij Medices vox illa præclariſsima, qua teſtificatus eſt, nunquàm fuiſſe honorem melius homini collocatum. Hæc ſui diuini ingenij nondum impreſſa teſtata reliquit. Videlicet.

Apologi centum ad Laurentium Medicem, quos miris encomijs exornat Ficinus. in 8. libro epiſtolarum, eos tamen ad ſidera vſq; extollit, Landinus his breuiſsimis, ſed grauiſsimis literis. ſcilicet.

Salue per legi Apologos tuos,in quibus nulla opus eſt apologia,omnia probo,plurima vehementer laudo,multa etiam admiror,inueniſti argumentum,in quo ingeniũ tuum ſegnare videatur: Vale.

Horum autem, archetipon aſſeruabatur apud Iulium eius nepotem, initium eſt.

Vos ego commonefacio.

Conſcripſit etiam poſt Leonardum Florentinas hiſtorias eloquẽtia ſuauiſsima ab origine eiuſdẽ Vrbis vſque ad annos Chriſtianæ ſalutis. 1450. libros viginti. A morte interceptus extremam manum eis imponere nequiuit. Quinq; igitur libros tãtum abſoluit. Quorum primus ita initium ſumitur. *Fama eſt igitur,& quidam peruulgata à Feſulanis Florentiam primum habuiſſe originem.*

Edidit adhuc vitam Vitalianni Borromei, ad Petrum Medicem, cuius principium eſt.

Nulli ſunt quacunque tandem Orationem de excellentia militaris diſciplinæ,deque Imperatoris laudibus Federici Vrbanitatis ad populum Florentinum,maximis exceptam plauſibus.

Orationem ad Innocentium octauum in cuius creatione orator dedignatus, orationem ad populum Florentinum pro Imperatorijs militaribus ſignis dandis Conſtantio Sfortiæ. Et incipit. *Non debetur videri opinio.* Cuius exemplar eſt in Bibliotheca Sancti Marci.

Plurima carmina, quibus inuehitur contra Emulũ Politianũ.

Eglogæ nonnullæ, quarum precipuæ ſunt tres.

Prima intitulatur de arboribus, arte,& natura, interlocutoribus. *Arboreos cultus populane.*

Secunda Alceus. *Num pecus cuius eſt.*

Tertia Elpilla. *Sederat in ſola lachrimoſus rude Thalenus.*

His omnibus additur fragmentum pſalmorum,quos doctè,& admo-

admodum catholicè decantauit, cæteri vero, hominum iniuria periere. Et horum principium. *Quid reddam Domine Deus*. Extāt adhuc eiuſdem Epiſtolæ elegantiſſimæ ad Politianum,& ad Galeatium Mariam. Grates referens eò quòd ipſum in eorum numerum aggregauit, qui ſecretioribus concilij intereſſe,& liberè ſententiam dicere ſolent.

Ad Innocentium Octauum.

Ad Alexandrum filiam vatem, & deniq;

Ad Petrum Coſmi, à quo requiſitus. An ſapienti vxorem ducere. & incipit.

Ducenda nè ſit ſapienti vxor.

Item edidit opuſculum typis excuſſum intitulatum apologia contra vituperatores communitatis Florentiæ: qua in re vehementer laudatur à Petro Chriſto: & incipit.

Rem feciſti tu quidem mi Trebati.

Sed vt commodius nomen ſuum immortalitati cōſecraret, magnificam domum ameniſſimo viridario excultam propè portam à Pinti (vulgo dictā) à fundamentis edificandam ſtuduit, & percelebre templum apud Ciſtercienſes conſtruendum curauit. A morte præuentus cum tantum egregium opus abſoluere non valuiſſet à Dominio Iulio Scala, eius Nepote, elargitum eſt Academiæ (*del diſdegno*) nuncupatæ quę ſingula,& ſi ad celebrem ipſius famam plurimum faciunt, id tamen eſt permaximum, ingēti gloria dignum, cum filiam progenuerit, & ita latinis, & græcis literis inſtruxerit, vt miraculum potius quàm fœminam mundo edidiſſe videretur. De qua ſupra ſuo loco dictum eſt.

Natus eſt. 1424. & 1497. annum ſeptuageſimum tertiū agens vitam cum morte commutauit. Ipſius corpus primo Ciſtercienſes, deinde apud Seruitas reconditum eſt. In eius verò laudem Gerardinus Prothonotarius Apoſtolicus, regiusq; legatus dum adhuc hac aura frueretur hoc treſtaticon conſcipſit. Videlicet.

Naturam,& mores, ſeriem, res, tempora, caſus.
Et demum artificis ſchemate cuncta doctus.
Foelix, qui priſco cum eis ſermone loquutus.
Sola tamen cultu, ſcala vetuſta nouas.

Vgolinus verò Vexinus in ſecundo libro de illuſtratione Florentiæ. hæc habet.

Scala quoquè hiſtorias lydia geſta leonis
Explicat hetruſci, naturæque abdita verſi
Agreditur vates doctus de more lucreti

Iudi-

Indicioque meo ſua cædit epiſtola nulli
Eloquio complexa breui quodcunque volebat.

BARTHOLOMEVS Veſpuccius vir in medica arte nobiliter doctus, & in Mathematicis ſcientijs admiranda eruditionis ſubtilitate præditus, qui in celeberrimo Patauino Gynnaſio incredibili omnium admiratione Aſtrologiam profeſſus eſt. In lucem miſit nonnullas annotationes hinc, inde interſertas Mathematicam facultatem, quæ lectoribus deinde tantè vtilitatis extiterunt, vt iurè Polytiſtor nominari meruerit, ijs namq; illius ſcientiæ obſcura illuminantur, tortuoſa corriguntur, & ardua facillima redduntur.

Eiuſdem etiam excuſſa habetur elegantiſſima oratio in laudem Quadriuij, & Aſtrologiæ cuius initium eſt. *Philippo Macedone Greciam occupante*. floruit. 1506.

BARTOLOMEVS Caualchantius liberaliter eruditus, latina, & græca eloquentia facundus qui ita rethoricæ operam dedit, vt plenum, & perfectum Oratorem euaſiſſe iurè ſit affirmandum.

Primo exactè & dilucidè hætruſca linqua opus rethoricũ perfecit, quo nihil facundius, nil vtilius, nil vè illuſtrius inueniri poteſt. Ibi enim & Ariſtotelis, & Ciceronis, & Quintiliani loca omnia obſcura plana fecit: ab eis rubigem abſterxit: & in priſtinum nitorem reſtituit: nec quid amplius ab oratoribus deſiderãdum reliquit. Hoc autem opus egregium in ſeptem libros diſtributum incipit. *Gli è coſa manifeſta*.

Eiuſdem etiam habentur excuſſæ conſiderationes quædam ſuper caſtramentationes Polibij. At quanta huius rethoris facunda extiterit, orationes luculentiſſimæ publicæ habitæ dum adhuc iuuenis eſſet ſuperq; inſinuant, quæ non ſolum ſummo omnium audientium applauſu ſuſcipiebantur, ſed eo dicente à Rethoricæ ſtudioſis incredibili celeritate, & ſtudio annotabantur. & harum præcipua ea eſt, quam Florentiæ habuit. 1529. cuius principium. *Dura & faticoſa impreſa*. Vixit honorificè apud Henricum Gallorum Regem. 1540.

BARTOLOMEVS Romuleus Vtriuſque iuris Doctor, Academiæ Piſanæ lector gratiſſimus, & apud Germanos ſemper in maximam extitit exiſtimationem: nam legum abdita ſubtiliter inueſtigauit: atq; difficiliſſima loca enodauit, ita vt in regione il-

la, vt

la, vt alter Bartolus venerabatur. Cuius fama Magnus Coſmus Medices Dux Hætruriæ cõmotus, ad propria ipſum reuerti curauit, vt ſuam Piſanam Academiam doctrina illuſtraret, in qua plures annos ius ciuile profeſſus eſt. Tandem ſenex eſlauit animam Anno ſalutis M.D.L.XXXVIII. cuius corpus Fighini humatur in Eccleſia Sancti Franciſci. Hæc poſteris tranſmiſit.

De legatis nemo poteſt.
De Verborum obligationibus.
De Conſt. poſſeſſoris. &
Aquirenda poſſeſſione.

BELTRAMVS Poggius vir politiori literarum non vulgaris, & in edendis carminibus magnopere excultus, elaborauit ſoluto, & tragico carmine. Sed ſermone Italico quædam opuſcula è quibus ſubiecta feruntur.

Inuẽtio Sanctiſſimæ Crucis Domini Noſtri ad illuſtraſſimam Iſabellam. Medicem: & incipit. *Vergine gia della Dea Veſte.*
Præterea elucubrauit aliud opuſculum intitulatum Cangenia tragicomedia.

BENEDICTVS inter omnes arithmeticos præſtantiſſimus, cuius familia & ſi ignota, notiſſima tamen perpetuò erit ipſius virtus. Libros plurimos molitus eſt in Arithmetica, vt in ſecundo libro de illuſtratione Vrbis Florentinæ teſtatur Verinus his verſibus. Videlicet.

Quiſquis Arithmeticæ rationem diſcere, & artem
Vult Benedicte tuos libros, chartaſque reuoluat.
Poſsit vt exiguis, numeris comprehendere arenam
Littoris, & fluctus omnes, numerare marinos.
Quo autem tempore claruerit, deſideratur.

BENEDICTVS Fortinus in humanioribus literis exactiſſimè excultus, ſummoq; conſilio, & prudentia in rebus pertractandis exornatus, qui ob has animi dotes ſecretarij munus, apud Rẽpublicam Florentinam adimplere promeruit. Scripſit quædam non ſpernenda, quæ nondum ad notitiam venerunt. Obijt Florentiæ 1406. & in ædibus Sanctæ Crucis propè aram maiorem tumulatus eſt in cuius ſepulcrhum hæc ſimpliciſſima inſcriptio adhuc viſitur.

Benedicto Florentino fortino populi Florentini à ſecretis. Her. poſ. 1406. die nona Decembris.

BENEDICTVS Pauli ex illuſtri Dominicano ordine cænobita Venerabilis. Hyeronimi Sauonarolę concionatoris celeberrimi doctrina imbutus. Theologus non vulgaris effectus; nonnulla opuſcula ſale conſperſa edidit. Quorum primum aſcribitur Fons vitæ in tres libellos diſtributum, & initiũ præfactionis eſt. *Fons vitæ apud te Domine*. Præterea vt Poeta inſignis, complura carmina dictauit, in quibus de virtutibus, de donis, & beatitudinibus peragit, atticulatur Faſciculus mirræ.

Rurſus in lucem miſit aliud tractatum verſibus digeſtum, in quibus de ſua ipſiuſmet conuerſione ad Deum, ac de laudibus præmemorati Hyeronimi Sauanarolę eleganter agit. inſcribitur Cedrus libani, & exorditur. *Audite ò cieli il mio parlare*. Ceterum chronicas ſacri ordinis prædicatorum & ſi breuibus verbis contexſuit verè tamen deſcripſit. incipit. *Sicut ex diuerſis chronicis*. Horum omnium opuſculorum archetypon aſſeruatur in Bibliotheca gaddiana. Enituit. 1500.

BENEDICTVS Varchius humanarum literarum diligentiſſimus indagator, Philoſophus, Hiſtoricus, atquè Poeta venuſtiſſimus, vt ferè quidem omnes à veritate non aberant. Multa dictauit, & in cætera Dialogum, vbi hetruſcam linguam à cæteris pluribus rationibus defendit, aliaſq; præſtare oſtendit. Rurſus multa carmina patrio ſermone compoſuit. Inſuper librum de Conſolatione philoſophiæ Seuerini Boetij in maternum ſermonem conuertit. Tandem ſenex Vitam cum morte conmutauit 1566. anno ætatis ſuæ. 63. Cuius cadauer Florentiæ apud Camaldulenſem familiam quieſcit, in marmoreo tumulo, in quo hæc ferro inciſa conſpiciuntur.

D. O. M.

Ben. Varchio Poetę, Philoſophio, atquè Hiſtorico, qui cum Annos 63. ſumma animi libertate, ſine vlla auaritia, aut ambitione iucundè vixiſſet, obijt non inuitus X V I. Cal. Decembris. M. D. L X V I.

BENEDICTVS Peſcionius iuris doctor, Piſane Academiæ lector. Inter cætera ſuæ virtutis teſtimonia euigilauit Comẽtaria ad titulũ Inſtitut. de Obligationibus, quibuſq; modis recõtrahatur obligatio. Florentiæ primo typis impreſſa. 1577. Viuit.

BEN-

BENEDICTVS Bonſignorius Nanni filius, Benedictini inſtituti Monachus obſeruantiſſimus & Abbatiæ Florentinæ pręſul vigilantiſsimus, qui cum maxima polleret ſacrarum rerum cognitione, atq; ad intelligendum, & dicendum peracuti eſſet ingenij, ſic diuinas literas interpretabatur, vt eius explicationes antiquiſſimis comparendę, à plurimis dignè haberétur. Hęc edidit, & dulcedinem diui Chryſoſtomi, & ſpiritum Diui Bernardi imitatus, primò typis excuſſa. 1568.

Homiliæ ſex in omnes ſolemnitates, & Dominicas totius anni, & initium eſt. *In primis quo ad titulum, & inſcriptionem.*

Homiliæ ſex in pſal. 44. *Anno ſuperiori his ſacris aduentus.*

Homiliæ 4. in pſal. 84. *In animo eſſet amantiſſimi fratres.*

Homiliæ 4. in Eſaiæ verba, Populus qui ambulabat. *opere pretium eſſet.*

Homiliæ 4. in quatuor dominicis Aduentus. *Quemadmodum origo.*

Sermones in Aſũptione Domini. *Si vera eſt opinio Aquinatis.*

Orationes in promotione ad dignitates. *Non abſque ingenti rubore.*

Hos igitur, & alios præclaros ſermones ſtudio Domini Raphaellis Caſtrucci eiuſdem inſtituti collectos, typiſq; exguſſos, euigilauit vir iſte pientiſſimus, quos habuit coràm Monacis ſuis in ſolatium quotidianum, tánta facundia diuinæ charitatis, vt in ſe ipſo omnis cæleſtis amoris affectus excitati viderentur. Natus eſt Florentiæ eodẽ Raphaelle teſte, à quò eius vita conſcripta eſt anno chriſtianæ ſalutis. 1516. Duoverò de viginti annos natus in familiam Caſſinenſem ſe coniecit. 1568. quinquageſimum ſecũdum annum agens in morbum lætalem incidens, qui illum tantummod octo dierum ſpatio conſumpſit. Humanis ceſſit. 16. Cal. Februarj, & multis præcibus, ac honoribus. D. O. M. de more adhibitis, in templo Abbatiæ Florentinæ die ſequenti infertur.

BENEDICTVS Bectus vir politioribus literis admodùm inſignitus in obitu ſereniſſimi Coſmi magni Ducis orationem funebrem in lucem miſit. eloquio patrio dictatam.

BENIGNVS inſtituti Vallis vmbroſanę Abbas Generalis piẽtiſſimus ſacrarumq; literarũ emulator perpetuus, hiſtorias ſuæ Religionis latino eloquio dictauit. Florẽtiæ typis excuſſas. 1500.

Rurſus opuſculum in lucem miſit, cui titulus eſt. Clauſtrum animæ. obijt. 1236. 27. Iulij eiuſq; cadauer quieſcit in Eccleſia

Vallum-

Vallumbroſanæ: Hic Pater, Ludouico Francorum Regi bracchiū Sancti Ioannis Gualberti, conceſſit: quod poſtmodum Pariſijs delatum, eidem S. viro templum dedicatum eſt. Vallumbroſella dictum.

BENVENVTVS Cellinus, in ſcultura, & Architettura ſua tempeſtate non ſecundus, dictauit patrio eloquio duos tractatus, Ad Illuſtriſſimum: & Reuerendiſſimum Ferdinandum Medicem Cardinalem. (modo Hetruriæ Magnum Ducem tertium) quorum primus verſatur circa octo partes principales artis aurariæ. Secundus autem circa Artem Sculturæ. Et eorum initium eſt. *Non ſarà noſtro intendimento*. Primo Florẽtiæ excuſſos. 1568.

BERNARDETTVS Minerbettius Eccleſiæ Aretinæ Præſul pientiſſimus, vir omnigena ſcientia admodum excultus, qui, & aliquando Oratoris munere in rebus magni momenti apud Regem Catholicum pro Coſmo Sereniſſimo Tuſcorum Duce honorificè, & glorioſè functus eſt. Adhuc iuuenis tertium Eneidarum librum materno ſermone donauit. Obijt diem Aretij 1574. men. Settemb. & ibidem in Cathedrali Eccleſia eius cadauer reconditur.

BERNARDINVS inſtituti Sancti Franciſci profeſſor, ſacræ thæologiæ doctor inſignis, declamator Euangelicus ſingularis, & cæterarum bonarum literarum non ingnarus. Euigilauit inter cætera Dialogum de laudibus caſtitatis, atq; virginitatis ad Franciſcum Cardinalem digniſſimum Sancti Petri ad vincula. Poſtea Sixtum Quartum, & exordium præfationis eſt. *Cum ſepe mecum Reuerendiſſime Domine*. Et Archetipon aſſeruatur in Bibliotheca Sanctæ Crucis. Obijt diem, 1408. in Baſilicaq; Monaſterij Sanctæ Crucis, cuius erat alumnus reconditur.

BERNARDVS ex nobili Vbertorum familia, inſtituti Valliſumbroſanī pater pientiſsimus, eiuſdem congregationis Generalis Abbas Venerabilis, Eccleſiæ Parmenſis Epiſcopus vigilantiſsimus, & deniq; Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Præsbiter Cardinalis ampliſsimus, Tituli Sancti Griſogoni, qui ob ſuas nunquàm ſatis laudatas animi Dotes, à Paſchale ſecundo legatus Sedis Apoſtolicæ in Gallia Ciſalpina, & Tranſalpina ad componendas ſeditiones, extirpandaſq; hereſes deputatus eſt, quiq; ab Henrico primo multa pro fide conſtantiſsimè tulit, & ſumma pruden-

prudentia ab impijſsimis manibus eundem Pōtificem liberauit. Quoſdam ſermones, & ſuæ congregationis hiſtorias contextus ſit, pluraq; alia adhuc edidiſſet. niſi pro Eccleſia ſancta Dei multis cauſis, aduerſisq; negocijs interpellatus extitiſſet.

Huiuſmodi tamen curę haud ipſum ita circuncidere valuerūt quin Cōgregationis ſuæ Has Abbatias adiunxerit. Videlicet. Forliuienſem, Montis plani, ac Sancti Bartolomei. Sed quod magis eſt, nequaquam eum vita detinere potuerunt, qui cunctis diebus vitæ ſuæ totamente, toto corde, totaq; anima in cōtinuis vigilijs, orationibus, & meditationibus ſacris. D. O. M. inſeruiret. Ob quam rem viuens miraculis claruit, & poſt mortem, à Parmenſi populo, tanquàm fideliſsimus Chriſti amicus pręcibus, & luminaribus venerari promeruit. Anno igitur chriſtianæ ſalutis. 12. Parmæ glorioſè migrauit ad chriſtum: eiuſq; cineres in cathedrali Eccleſia reconditi ſunt. Tempore tamē Pauli tertij Pontifici maximi in Venerabili loco collocatus, hoc epitaphio cohoneſtatus eſt. Diuus Bernardus Florētinus ex nobili Vbertorū familia in collegiū Cardinalium ab Orbano ſecūdo coaptatus, à Paſchale ſecundo ratam Parmenſium electionem faciente creatus Epiſcopus ex veteri Sepulchro, vbi per quadringentos, & amplius annos iacuerat. in proximā aram translatus eſt. A. S. M. D. XLIII. die octauo Iulij. Paulo Tertio Pontefice Maximo ſedente. Vbertorum etiam progenies tanto viro templum propè ſuas ſedes conſtruendum curauit quod tamen dirutum eſt, eadem nobili familia è ciuitate propulſa.

BERNARDVS ex Angeliorum gente Theologus, & Concionator inſignis, qui in Eremitarum Diui Auguſtini familia Florentina ità profecit, & diuinarum literarum erūditionem vitę integritati coniunxit, vt tanquàm exemplar bonarum literarum, ſanctorumq; morum, à cunctis viris ſui temporis coleretur. Cōpoſuit librum omnibus vtiliſsimum, cui titulum fecit. Speculum charitatis. incipit. *Nihil dignus quàm vt Creator ametur à creatura.* Aſſeruatur autem hic liber in Bibliotheca Eremitarum Florentiæ. clarius verò habitus eſt. 1330.

BERNARDVS Parentius ex illuſtri Fratrum Prædicatorum ordine. Pater Venerabilis ſacræ Theologiæ Doctor clariſsimus, verbiq; diuini præco ægregius, conſcripſit admodum ſcitè librum vnum, quo Miſſæ miſteria dilucidat. Sermones varios, & alia compluta. Floruit anno. 1340.

BER-

BERNARDVS Pulcius Aloyſi,& Lucę vetuſtiſsimorũ Poeterũ frater, Vates dulciſsimus,& vnus ex ijs, qui primum carmina cecinit, quæ vulgò Romanzi vocitantur. Complures verſus in hoc genere dictauit. In prætio vixit. 1450. Quem Verinus in libro de illuſtratione vrbis Florentinæ ſimul cum fratribus cohoneſtauit.

BERNARDVS Nuthius rhętor, & orator eloquentiſſimus, non nullas orationes incredibili auditorum voluptate exceptas edidit. Authore Ficino in primo epiſtolarum libro, vbi his verbis ipſius facundiam extollit. *Tullium iam pridem noſter Nuthius ebibiſſe & cõcoxiſſe videtur; in ea oratione mira quædã viciſſitudo perſpicitur. Nã illic, & Nuthius Tullianus eſt; & Tullius Nuthianus apparet. talis quidem in Numerum, atquè Maronem. Rurſus inter Ariſtotelem, & Teophraſtum videtur fuiſſe viciſsitudo. Perſeuera igitur in Bernardi noſtri familiaritate, hic enim clarus eſt Rethor, adde & optimus: quæ enim perſuadere docet, ipſe ſibi iam perſuaſit. Vale.* Enituit autem. 1475.

BERNARDVS Tornius philoſophiæ ſtudijs nulli eius ordinis inferior, & Medica artè adeò eruditus, vt mirum ſit, & penè inauditum in eo ordine tandem extitiſſe virum. Multa euigilauit, inter quæ (teſte Tiraquello) extat diſputatio ſubtiliſſima. An medicina leges præcedat, & includit Legibus Medicinam eſſe anteponendam.

Edidit quin etiam annotationes nonnullas in capitulum de motu locali Hentisberij, primo Piſis impreſſas 1484. ad Magiſtrum Marianum, & incipit. *Declaraturus quædam verba Hentisberij*. Plura alia elaborauit, quæ deſiderantur. Obijt Florentiæ 1500. & in Edibus D. Annuntiatæ reconditur, cui Monaſterio magnam ſuorum codicum copiam elargitus eſt.

BERNARDVS Oricellarius vir conſularis grauiſſimus, totius philoſophiæ micantiſſimo ſplẽdore perpolitus, & ad ſcribenda mortalium geſta à natura productus. Quanta eloquentia laboraret; quo ſui ingenij lumine polleret; qua inuentionis ſubtilitate emineret: quò diſpoſitionis artificio præſtaret: & qua deniq; varietatis fecundia, & rerum, de ſcientiarum grauitate incederet, quàm plurimè, & Ficini, & Chriniti epiſtolæ locupletiſſimum teſtimonium reddunt. Poſteritati tranſmiſit (teſte eodem Chrinito) in primis libros, quos de vrbe Roma intitulauerat, in

quibus

quibus admodum elaborauit in illuſtrandis, atq; obſeruandis antiquorum monumentis.

Dictauit quin etiam Florentinas hiſtorias, quas adeò phraſi extulit eloquentiſſima quod (teſte Michaele Vrbinate) ipſum Saluſtium ſuperaſſe videatur. Multa alia adhuc compoſuit, quorum notitia deſideratur. Floruit. 1490. In ædibuſquè Sanctæ Mariæ Nouellæ ipſius oſſa conquieſcunt.

BERNARDVS Belincionius Phębi dulcis alumnus, & Muſarum chariſſimus frater, veluti laurea bacca Mediolani vniuerſo populo aſtante recepta, ſatis ſuperq; teſtimonium reddit. Euigilauit Etruſcho ſermone ingens volumen dulciſſimarum rithmarum ad Ludouicum Sfortiam Mediolanenſium Ducem. & initium eſt.

O diuo lampo, & delfico ſplendore. Obijt autem Mediolani in cuius tumulo hoc epitaphium inciſum conſpicitur.

Bernardi Belinzoni Florentini animam cælum, corpus ſaxum, famam mundus, opes quas Ludouicus Sfortia ingenijs fauens dedit, pauperes, amicus, & alumnus tenent.

BERNARDVS Segnius vir diſertiſſimus, philoſophus præcipuus, & latinæ, & grecæ linguæ delitiæ; è græco hetruſcam fecit ETHICAM Ariſtotelis, eamq; comentatus eſt ad Illuſtriſſimum Coſmum Medicem. eius initium. *Ogni arte, ogni dottrina, & ſimilmente ogni atto.*

BRVNETTVS Latinus Dantis, & Guidonis præceptor latinæ linguæ ſua tempeſtate delitiæ muſarum alumnus, Rethoricæ familiariſſimus, philoſophiæ tutor acerrimus, bonarum artium promptuariũ inſigne, hiſtoricus, thæologusq; percelebris, & vir deniq; conſularis grauiſſimus, qui in optima Reipublicæ adminiſtratione ciues Florentinos inſtruxit, à quibus ſepè in rebus ſerijs ad plurimos Principes (Authore Bartolomeo Scala) orator deſignatus eſt, ſagax in inquirendo, circumſpectus in explorando: ſubtilis in contemplando, in iudicando grauis, ſimplicitus in vincendo, & facilis in enodando. Hæc lectu digniſſima poſteris teſtatus eſt. Videlicet.

Volumen thæſaurum intitulatum, & in tres libros deſtributum, in quorum primo de his ſcilicet.

De rebus peractis, in Nouo, & Veteri teſtamento.

De regnis gentilium.

De Prophetis.
De Apoſtolis.
De adoptione Eccleſiæ.
De translatione Imperij ad Græcos, Gallos, & Germanos.
De elementis, & ſitu Regionis.
De Animalibus.
In ſecundo.
De phyloſophia morali.
In tertio.
De præceptis rethoricis.
Edidit quin etiam alterum volumen theſaurettum inſcriptum in quo Hetruſcis carminibus agit.
De moribus hominum: &
De varietate fortunæ: &
Scripſit adhuc teſte *Io: Villano in ottauo libro* hiſtoriarum.
De vitijs, & virtutibus. lib. 1.
Claues thæſauri.
De adminiſtratione Ciuitatis.
Præterea è latino vulgarem Aris: ethicam primo. Lugduni impreſſam 1568. & initium eſt. *Ogni arte, & ogni dotrina.*

Inſuper tranſtulit Ciceronis rethoricam, eamq; comentatus eſt. *Nouiſſimis* his diebus. Romæ typis excuſſam. Suum autem extremum diem obijt Florentiæ. 1295. & in ædibus Sanctæ Mariæ Nouellæ ipſius cineres reconditi ſunt, ſcilicet in inferiori Cemeterio eiuſdem templi.

De hoc tamen præſtantiſſimo viro Dantes eius auditor malè ſentire videtur in 15. cantu ſecundæ canticæ, & id forſan quia contrarias inſectabatur partes, Guelphas videlicet. ſic ergo ſcribit.

Gente vien' con la qual'eſſere non deggio.
Siati raccommandato il mio theſoro.
Nel qual viuo ancora e più non ch'eggio.

Vgolinus in ſecundo de illuſtratione vrbis Floren. hæc habet.

Intactum nec te noſtro Brunette relinquam
Carmine: lethei quamquam theſaurus ab vndis
Te tuis eripuit: longumquè canonis
Barbariem veterem te rethore tuſcha iunctus
Exuit, & linguæ paulatim ſermo latine
Cultor extruxit, priſcumquè recepit honorem.
Et de fonte tuo Muſarum gloria Danthes
Ebibitatque Guido prædocto carmine Vates.
Timpleaſque potauit aquas de fonte latini.

BRV-

BRVNVS Laſchar eruditiſſimi Franciſci, & doctiſſimi Dini Pater pientiſſimus, Franciſco Petrarcæ ob ſuas ingenuas animi dotes chariſſimus, vt eiuſdem teſtantur epiſtole, & in arte Chyrurgiæ medicus celeberriſſimus, multa ſuæ felicitatis teſtata reliquit, eius artis ſtudioſis notiſſima. floruit. 1310.

BVRCHIELLVS Poeta cerebroſus, atq; phreneticus ſonettos admodum vrbanos plurimis iocis, ſubtilitatibuſq; multis, & quidem in explebilibus conſtipatos edidit patrio eloquio. In quorum enodatione nonnulli multa elaborarunt. Sed in primis Donius, quos comentis illuſtrare enixus eſt: & eorum initium. *La glorioſa fama de dauitti.* floruit. 1480.

C.

CAROLVS Marſuppinus Muſarum dulcis alumnus, Mineruæ ſingularæ decus, vir deniq; tantæ literaturæ, vt non iniuria, & ſecretarij Reipub. Florentinæ munus implere, & publicè Piſis philoſophiam interpretari. Et tandem vita functus, decreto publico in ſuarum virtutum premium, & in ædibus Sanctæ Crucis poeticam lauream recipere comeruerit. In cuius laudem (adhuc fertur) quod cum ſecretarij dignitate fungeretur quibuſdam oratoribus latinè alloquentibus, grecæ repente reſpondiſſe. Multa immortalitati conſecrauit in Bibliotheca Medicea Authore Coſmo Bartolio in quadam funebri laudatione aſſeruata. Floruit tempore Magni Coſmi, in ædibuſq; Sãctæ Crucis ſepulcro marmoreo venuſtiſſimo, quod adhuc viſitur, humatus eſt, hiſq; carminibus cohonoſtatus. Videlicet.

Siſte vires magnum quem ſeruant marmora vatem
Ingenio cuius non ſatis orbis erat.
Quem natura, polus, quæ fuerat, omnia nouit
Charolus ætatis gloria magna ſuæ.
Auſoniæ, & gratę crines nunc ſoluitæ Muſæ.
Occidit heu veſtri fama Decuſquè chori.

In huius etiam laudem quædam (teſte Ficino in primo epiſtolarum) ediderunt Antonius Calderinus, & Bindacius Ricaſolanus. Summis tamen Encomijs ipſum extollit.

Politianus in quodam Epigramate cuius initium eſt.

Carle quid obſtruſas ſapientum quærere mentes.

CAROLVS Lenzonius omnibus humanis diſciplinis copioſiſſimè inſtructus & primis celebratiſſimæ Achademiæ Florentinæ inſtitutor, & patriæ linguæ, ac danthicæ eloquentię acerrimus defenſor. Inter præclara monumenta reliquit opus inſigne patrio ſermone conſcriptum, ſtudioq; Coſmi Bartolij erudiſſimi typis excuſſum, & attitulatum. *Carlo Lenzoni in defenſione della lingua Fiorentina, & di Dante, con le regole di fare bella, & numeroſa la proſa*. Ad Sereniſſimum Coſmum Hetruriæ magnum Ducem.

Obijt Florentię, & in ædibus Sanctæ Mariæ Nouellæ repoſitus eſt. Et in Achademia Florentina elegantiſſima laudatione funebri, à Coſmo Bartolio ſibi deuinctiſſimè coniuncto honeſtatus.

CAROLVS Anthenorius politiori literatura admodum excultus, complura elaborauit in theſauro, ſeu Copięcornu Aldi legentibus admodum vtilia. floruit. 1540.

CERVOTTVS magni Accurſij filius eiuſdem auditor accuratiſſimus, ac paternæ virtutis emulator ſingularis. Scripſit quædam (teſte Mantua) legum ſtudioſis notiſſima. floruit Bononiæ, & Paduæ, vbi publicè ius Cæſareum, & Pontificium interpretatus eſt, anno chriſtianæ redemptionis. 1240.

CAROLVS Albertus vir ſingularis doctrinæ, dialogum dictauit patrio eloquio ad Larentium Victorium, quem hoc titulo prænotauit, Cæna familiaris, & exordium eſt. *Se mai à me parſe verò*. Quo tempore floruerit non reperi. Aſſeruatur autem originalis manuſcriptus apud Bibliothecam illuſt. equitis Nicolai de Gaddis.

CALANDER calandrius à natura in lucem datus, vt optimam artem ſupputandi, & calculum ſubducendi edoceret, librum attitulatum Abaco, vt inſignis logiſta in lucem miſit.

CHRISTOPHORVS de Buondelmontibus vir ſcientiæ Coſmographiæ, & Geographiæ, immo omnium humanarum literarum ſtudijs refertiſsimus, ſermone apertus, ingenio clarus ac triplici lingua decoratus. Cōpoſuit plura opuſcula, inter quæ ad manus venit liber quidam Geographiæ, cuius prefatio ſic exordiū ſumit. *Conſtituti R. Pater*. Cōmoratur aūt huiuſmodi codex manuſcriptus apud Laurētiū de Buōdelmōtib⁹. Enituit. 1410.

CRI-

CRISTOPHORVS Landinus Vgolini Verini, ac multorum præſtantiſsimorum virorum preceptor, omnibus ingenij artibus inſtructus, philoſophiæ, & aliarum ſcientiarum perpetuus cultrix, in dicendo ſublimis, in ſententijs grauis, in inuentione exquiſitus, in compoſitione diligens, & curioſus, ſua tempeſtate in rei literariæ remedium datus, quippe qui longis annis in inſtruenda iuuentute Florentina à Rep. inter multos electus, Muſarũ, & Mineruę cathedram pręfuit. Ad hoc deniq; natus (teſte Ficino in ſexto epiſtolarum libro) vt Dantem patrię reſtitueret, laureandumq; curaret, multa limatè, & ſubtiliter ſcripſit. Videlicet.

Comentaria in publium Virgilium Maronem.

Comentaria in Horatium Flaccum. Elogium in Carolum Aretinum.

Comentaria in Ethicam Ariſtotelis.

Comentaria deniq; ſubtiliſsima omnigena doctrina referta in Dantem vulgari idiomate conſcripta. *Benche neſſuna ſpetie.*

Prętereа elaborauit quędam intitulata. de nobilitate animę, vt ipſemet teſtatur in comentis ſecundę cantice. cant 25.

In ſuper conſcripſit librum, cui titulum fecit formularium epiſtolarum ad Herculem Ferrarię Ducem patrio ſermone. Et pręfationis exordium eſt. *Sono più tempi traſcorſi.*

Per hominum manus quàm plurimè vagantur orationes, quarum pręcipua eſt, quam in obitu doctiſsimi Donati Acciaiolij habuit, cuius initium eſt. *Graue ſoma.*

Eiuſdem extat elogium in Carolum Aretinum, quod manuſcriptum commoratur apud Bibliothecam Gaddianam.

Sed inter cætera, quæ immortalitati nomen ſuum conſecrarunt, extant quæſtiones Camaldulenſes, intitulatæ in quarum laudem Marſilius Ficinus Bartolomeo Scalæ ita ſcribit in primo epiſtolarum volumine.

Marſilius Ficinus Bartholomeo Scalæ Oratori. Sal.

Legi queſtiones Chriſtophori Landini Camaldulenſes, in his libris Maronis abdita penetrat, Ciceronis dialogos imitatur ad vnguem, fælicem virum fabricat, feliciſſimè lege illos, & tu ſcio mecum ſenties. Sed quare in laudando Chriſtophorum tam breuis Marſili: quia habet neſcio quid, quod exprimere neſciam. Vale.

Vgolinus etiam Verinus hunc ſuum dilectiſſimum præceptorem in ſecundo de illuſtratione Florentiæ his laudibus proſequitur.

Præceptor venerande tuos de fonte liquores
Ebibit aonios omnis Syllana, iuuentus

In lucem per te Ciceronis ſecula miſcens
Nunc redeunt: terſum videas ſi pubis hætruſcæ
Eloquium: numeris ne velis: ſeu ſcribere proſa
Clara oratoris noſces, & ſigna poetæ
Inſignis rethor lingua laudauit canora
Tu vates pariter liricos elogoſquè ſonantes
Fingis: & enodas obſcura enygmata Danthis
Hà nimis ingenio fretus, longiquè laboris.

Emicuit tempore Laurentij magni, cuius familiaritatem ſectatus eſt.

CHristophorvs Georgius de Honeſtis Medicus peritiſſimus edidit comentaria in Anthedotarium Meſuæ, quo tempore emicuerit, vel obierit deſideratur. Hæc tantum ex Tiraquellio habentur.

CHervbinvs ex ordine Sancti Frãciſci cænobita inſignis, concionator ſingularis, & thæologus percelebris inter cætera duos tractatus eximia doctrina refertos in lucem tranſmiſit ad magnificum Iacobum de Borgannis ciuem Florentinum. in primo de regula ſpiritualis vitæ. In altero verò de Norma matrimonialis vitæ peragit. habentur primo Flor. impreſsi. 1487. quo tempore floruit.

CHervbinvs Religione Dominicanus, & profeſſione concionator ad animarum vtilitatem, vt optimus pater edidit libellũ cui titulus eſt. Confeſſionale vulgare. claret adhuc 1588.

CLarvs ex ordine diui Frãciſci Pater Venerabilis ſacrarum literarum & iuris Pontificij Doctor inſignis, complura poſteritati tranſmiſit, ſed inter cætera extat ſumma quędam caſuum apud ſuos patres manuſcripta aſſeruata. In pretio maximo vixit. 1308.

CLavdivs Claudianus ex claudiano Florentino mercatore Canopi genitus, vt Authores atteſtãtur grauiſſimi Colluccius Pierus ſalutatus. Chriſtophorus Landinus. Vgolinus Verinus. Volateranus, quibus fauet titulus appoſitus in fronte operis cõtra Ruffinum, quod aſſeruatur manuſcriptum in Bibliotheca Vaticana, qui ita ingenio excellenti fuit, maximeq; apto ad carmen componendum varijs figuris, ac ſententijs excultum vt à natura

tura ipſa ad poeticam facultatem inſtructus videretur. ob quam rem à Diuo Auguſtino alijsq; veteribus laude affectus, & à Probo, Probino viris conſularibus,& deniq; à Gennalio, Honorio, Stillicone, ac Manilio, Theodoro ſingulari ſtudio, & incredibili beneuolentia eſt conſequtus. Hæc ad ſempiternam memoriam aptè eleganter,& venuſtè glorioſiſſimè cecinit. Videlicet.

De raptu proſerpinæ ad Florentinum. lib. 3.
In Ruffinum. lib. 2.
De bello cildonico. lib. 1.
In Eutropium. lib. 2.
De Bello Gethico. lib. 1.
In coſſ. Honorij Auguſti. lib. 3.
In coſſ. Manilij theodoris. lib. 1.
In laudes Stilliconis. lib. 3.
In coſſ. Anitiorum fratruum. lib. 5.
Laus vxoris Stilliconis. lib. 1.
Laudes Herculis. lib. 1.
Epithalamium. Honorij & Mariæ. lib. 1.
De Nuptijs Honorij,& Mariæ. lib. 1.
Epithalamium Palladij,& Serenæ. lib. 1.
Deprecatio ad Adrianum. lib. 1.
His omnibus accedunt hæc poemata. ſcilicet.
De Sene veronenſi.
De phenice.
De Magnete lapide.
De Aponis balneis.
De Nilo fluuio.
In Alethium queſtorem.
Giganthomachia.
De Chriſti ſeruatore.
Laus Chriſti,& miracula.
De mulabus.
In Iacobum magiſtrum equitum.
De Apro, & Leone.
De Locuſta.
De Torpedine.
Epiſtola ad Serenum.
De phalatris equi Honorij.
De Concha.
De muneribus Honorio miſſis.
De equo Honorij.

De chriſtallo.
Epiſtola ad Olebrium.
Epiſtola ad Probinum.
In ſpheram Archimedis.
De Birro,& Caſtoreo.
De ſepulchro Speciosé.
De Balneis Quintianis. & quædam alia.

Librum quoquè de Theodoſij laudibus, verſibus exaratum, plurimi aſcribendum affirmant, ingenio huius celeberrimi Vatis,qui (teſte Volaterrano) obijt Romæ circa annum chriſtianæ redemptionis 420. in ipſiuſq; tumulo à Principibus,populoquè Romano hoc elogium repertum in foro Traiani antę hos annos, quod nunc in domo Pomponij leti in monte. Aſſeiuatur incribendum mandatum fuit. C L. Claudiani V. S. C L. Claudiano V C. Tribuno,& inter cætera gentes, artes præglorioſiſſimo poetarum: licet ad memoriam ſempiternam carmina ab eodé ſcripta ad eum teſtimonij gratia ob iudicij ſui fidem. D.D. N.N. Archadius, & Honorius feliciſſimi, & doctiſſimi Imperatores ſenatu petente ſtatuam in foro diui Traiani erigi. collocariquè iuſſerunt.

Collucius autem Pierus ſalutatus poeta ſingularis,& ipſe cum hoc epigramate cohoneſtauit.

AEgipto genitum noua me Florentia ciuem
Legibus agnouit, magnis iam digna poetis
Infernos raptus,cereris, pugnas què Deorum
Cæſareas laudes,nec non Stiliconis honores.

In Apotheca etiam Iudicum,& notariorum aliud ſimiliter inuiſitur. Epitaphium ſcilicet.

Claudianus adeſt hic noſter origine ciuis,
Quem Pater AEgiptus peperit Florentina patrem
Ruffini aduerſus caſus, Stiliconis,& odas
Cæſareas , tuoſquè canit Proſerpina raptus.

Vgolinus deniq; Verinus in ſecundo de illuſtratione Vrbis Florentinæ, & ipſe eum his carminibus decorauit.

Non tamen inferior Syllani eſt gloria Phochi
Qui Stilicona ducem cecinit, geliceſquè furores.
Perſephoneſquè thoros, dulceſquè cupidinis arcus.
Hunc Florentino Memphis de patre creauit
Exul auus Tuſcis Nili receſſis ad vrbes
Quo ſenior latias rexit Theodoſius oras
Verum vbi barbarie laurentia regna phalanges

Euerte-

Euertere, bonæ perierunt funditus artes:
Deſerta Auſonia extremo petiere receſſus
Syluarum, taciteque antris latuere camenæ.

Hunc ergo vatem prægloriosiſſimũ chriſtianum eſſe, ex ipſius ſcriptis apparere potuiſſet. niſi Diuus Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei, id non negaſſet.

CLEMENS Mazza Dei optimi Venerabilis Sacerdos, & ſanctorum geſtorum deſcriptor non ignobilis. In primis in lucem edidit vulgari idiomate vitã Diui Zenobij Florentini, eiuſq; translationem ſumma diligentia annotauit, cui ſe affuiſſe fatetur, dum ſcilicet ſacra generalis Synodus Florentiæ celebrabatur. enituit. 1430.

CLEMENS Seruitanæ familiæ ab ineunte ætate conſecratus, qui cum literis tùm humanis, tùm diuinis totus addictu s, ſui ingenij acumine, aſſiduaq; exercitatione breui temporis ſpatio profecit, atq; inſignem Dialecticum, philoſophum, & thæologum euaſit. Adhuc iuuenis in alma Pariſienſium Achademia ſacri doctoratus inſignia omnium applauſu recipere promeruit. Suæ doctrinæ perpetuos teſtes reliquit Cathenam auream in omnes Diui Pauli Apoſtoli epiſtolas elegantiſſimè conſcriptam, & ingenti ſudore elaboratam, cuius archetipon apud Mediceam Bibliothecam commoratur.

Concordãtias præterea ad Anibaldum Cardinalem ſui ordinis Protectorem, quæ in Bibliotheca Seruorum Flor. aſſeruatur. Et plura alia. Initijt Florent. 1340. omnibus prius ſuæ Religionis officijs, & dignitatibus optimè ad miniſtratis. Anno ętatis ſuæ. 78. & in Ædibus. D. Annuntiatæ apud cæteros patres ipſius cineres reconduntur.

COLVCCIVS Pierus ſalutatus Poeta Laureatus venuſtiſſimus, philoſophus ſubtiliſſimus, & vir deniquè in omnibus ſcientijs maximè exercitatus, cuius ſtilus grauis, ſic eloquentia, ſubtilitate, ſententijsq; refertus exſtitit, vt magna veneratione ab elegantiſſimo Franciſco Petrarca diligi, & à Leonardo Bruno, Pater, & præceptor appellari. & deniquè ab Vrbano Quinto Gregorio X I. Pontificibus maximis ad ſecretorum munus euocari promeruerit; ad quòd etiam officium à Rep. Florentina fuit aclamatus pro cuius Reip. dignitate cum contra Galeatium Mediolanenſium Ducem, qui Florentinis bellum intulerat, ita eum

conci-

concitauit, vt aſſeruare fuerit coaptus plus ſibi obeſſe Collucij ſcripta quàm mille Florentinorum equites. Hæc poſteris tranſmiſit.

De vera religione ad Patrem Hyeronimum de Vrano Camaldulenſium Generalem lib. 2. qui non impreſſi in Bibliotheca S. Marci aſſeruãtur, & in Bibliotheca illuſt. Niccolai de Gaddis.

Diſputatio an Medicina ſit prẹſtãtior Iuris prudentia, cui titulũ nuncupauit de nobilitate Legum, & Medicinæ. Et Medicinæ Leges anteponit, cuius oppoſitũ ſcripſit Bernardus Fornius, vt optimè annotauit Andreas Tiraquellius in libro de nobilitate.

Præterea edidit librũ de fortuna, & fato intitulatum, in quinque tractatus diſtributum ad Donum felicem Abbatem, de ſeptimo ordinis Ciſtercienſis, & incipit. *Quotidiano eſſe videmus.* Sed cum in hoc libro quædam licentia forſam poetica ductus, non ſatis conſona ſacræ ſcripturæ edidiſſet, contra ipſum inſurrexit Reuerendiſſimus Ioannes Dominici Cardinalis.

Opuſculumq; compoſuit Loculum noctis intitulatum.

Item eiuſdem habentur quædam epiſtolæ ad diuerſos, & initium. *Quamquam omnes magnificè exemplum ineptum, importunumquè videatur.* Commoratur liber manuſcriptus in Bibliotheca Gaddiana, cætera verò deſiderãtur. Diem clauſit extremum Florentiæ. 1406. quarto idus Maij, die martis, vt ſcribit Leonardus Aretinus ipſius auditor in primo epiſtolarum ſuarum libro ad Nicolaum. Et in Baſilica Sancti Romuli honorificis exequijs reconditus eſt, quem laudatione funebri laureauit. Iuuianus Neri de franchis reformationum ſcriba.

Verinus autem in 2. libro. de illuſt. Florent. vrbis hæc cecinit.

Si non eloquio, grauitate, coluccius omnes
Exuperat, cuius ceu flumina dicta Tyrannus
Bebriacus timuit, tantum terroris habebant.

COPPVS Stephani Hiſtoricus, hinc eſt quod Florentinas hiſtorias ſcripſit.

COSMVS Pactius Alexandri Tragiographi præſtantiſſimi Frater, ex amita Leonis decimi genitus nobili, vir ingenio, elegantiq; doctrina prẹditus, Cathedralis Eccleſiæ Florent. Archipræſul Venerabilis, Leonis decimi vir à ſecretis, qui omnem philoſophiam callere, & bene ſapere, videbatur, & Dialeticæ habebat plenam iucunditatis, atq; candoris verborum notitiam, & grecæ linguæ copioſiſſimas ſententias tùm crebras tùm luculen-

tas,

tas, tùm elegantes. In primis è græco doctiſſimè latinum fecit, & ſcitiſsimè vertit Tin maximum philoſophum Platonicum. Et quædam alia, quæ immatura mors ſimuluè paratæ purpuræ honorem intercepit. Debitum ſoluit extremum Florentiæ. 1513. Die nona Aprilis hora vigeſima, & honorificè in Eccleſia Cathedrali die 13. eiuſdem menſis ipſius oſſa recondita ſunt.

COSMVS Fauilla Religionis ſeruorum Beatæ Mariæ Virginis intactæ pater obſeruantiſsimus omnibus liberalibus diſciplinis nobiliter inſtructus, in diuinis ſcripturis egregiè eruditus, in earumq; explicatione non ingnobilis interpres, atquè præco Euangelicus celeberrimus, veritatum verò catholicarum acerrimus propugnator.

Edidit librum, quem prænotauit hoc titulo, liber de cognoſcendis veris, & falſis prophetis, contra modernos hæreticos, qui fuerunt in Italia à triginta annis vſque in hodiernum diem, ideſt vſquè ad annum. 1526. Hunc autem librum in tres partes diſtributum, ad Clementem ſeptimum miſit, & initium eſt. *Tradunt plerique medicorum.* Conſcripſit etiam opuſculum in quo regulam Diui Auguſtini proprio idiomate interpretatus eſt, ibiquè plurima documenta religioſis viris valdè vtilia proponit, & exordium eſt.

Hauendo io più volte conſiderato ſopra quel' precetto. Obijt ex peſte Florentiæ 1520. in Venerabiliquè templo diuæ Annuntiatæ cum cæteris patribus reconditus eſt.

COSMVS Oricellarius coſmi filius, & Phæbi alumnus, complura poemata argutè, & eleganter dictauit.

COSMVS Bartholius ſacri Baptiſterij præſes, Coſmi Hætruriæ magni Ducis, apud Venetos orator, & Achademiæ Florentinę ornamentum perpetuum. vir quidem ingenio ſubtilis, eloquio terſus, ſermone diſertus, & in omni ſcientiarum genere conſumatiſsimus, euigilauit vulgari, ſed eleganti idiomate, vitam Federici Imperatoris.

De mentienda longitudine, latitudine, & profunditate, opus valdè probabile.

Rurſus vt orator grauiſsimus laudationes luculentas habuit in obitu Giambularij, & Lenzonij, quas ſumma beneuolentia, & perpetuò amore complexus eſt.

Item è latino vertit omnia Leonis Baptiſtæ Alberti opuſcula,

quæ

quę ex inferis quaſi de perdita ad vitam reuocauit, collegit, & collocuplectauit, & ita doctè, ita eleganter, ac ſcitè, vt nihil ſupra.

Pręterea ſeptem libros Giambularij de Europa inſcriptos hinc, inde ob eiuſdem Authoris intempeſtiuam mortem diſperſos, coaceruauit, tipisq; excudendos ſtuduit. Obijt Floren. men. decemb. cuius cadauer in Eccleſia Sancti Io. Bapt. humatum eſt.

COSMVS Oricellarius ordinis Seruorum B. M. V. ſacræ Thæologiæ doctor inſignis, inter cætera, quæ ipſe euigilauit eſt opus inſigne ſuper Diui Auguſtini Regulam. Cuius initium eſt. Hieronymo Santo. Claruit. 1521.

D.

DAMIANVS Maraffus diſciplinis tàm ſacris quàm profanis imbutus, collegit libros duos; quibus exprexit præcipuas Veteris, ac Noui teſtamenti hiſtorias elegantiſſimis picturis Alberti Durerij Germâni, prestantiſſimi pictoris manu delineatis: additis ad ſingulas hetruſcis octaſtichis, cuiuſquè picturæ magnitudinem & ſignificationem explicantibus. Ad Illuſtriſ. Dominam Margaritam Berri Duciſſam huiuſcemodi autem nobile opus impreſſum eſt Lugduni. 1554. & præfationis initium eſt. *Gli honorati volumi.*

DANTHES Alygerius Brunetti Latinij, & Guidij, Guinicellij auditor diligentiſſimus, cuius magnificæ, & graues virtutes eiuſmodi fuerunt, vt doctiſſimi viri earum excellentiam admirantes, neſcirent, cui nam primas darent, an iudicio & conſilio, an ſapientiæ & orationi an rerum vſui modeſtæ, an fortitudini, an integritati, an religioni, an poeticæ, an rethoricæ, an hiſtoricę arti, an philoſophiæ, an deniquè theologiæ ſcientiæ, quarum vnaquequè in ipſo eminebat, vt certatim propemodum ſeſe conferrent, & altera alteram ſuperare videretur. Plura veneratione digna, & inſignia virtutum monumenta patrio ſermone conſcripſit, quibus nomen ſuum poſteris mirabile reddidit, quæ ſunt hæc. Authoribus Ioannes Villano, in nono libro ſuæ hiſtoriæ, & Landino in ſuo comento.

De vita noua amoris, quem edidit adhuc iuuenis. liber vnus.

Cantica viginti moralia de amore, & hæc exul à patria.

Epiſtolæ tres elegantiſſimæ in quarum prima de ciuibus Florentinis

rentinis conqueritur. Secunda ad Henricum Imperatorem, & tertia ad purpuratos Italos miſit, in Vacatione ſedis poſt obitum Clementis.

His accedunt eglogæ latino idiomate conſcriptæ.

Monarchia eodem idiomate, ſed proſa compleſſa in qua de officio Pont. & Imperatoris.

Diſputationes de aqua, & terra.

De vulgari eloquentia lib. 2. reliqui duo diſperſi ſunt.

Conuiuium, vitaquè noua, patrio ſermone.

Cantilenæ, & ſonetti lib. quatuor.

Eiuſdem extat liber manuſcriptus Vita noua. Incipit. *Marauilglierannoſi molti.*

In Bibliotheca Gaddia aſſeruatur.

Sed hæc omnia comediarum libro cedunt, qui nec ante habuit ſimilem, nec poſt viſus eſt habere ſequentem, in eo nanq; rithmis elegantiſſimis ſententijs grauiſſimis, analogijs altiſſimis, queſtiones ſubtiliſſimas, tùm morales, tùm naturales, & diuinas diſſoluens, de animabus in Inferno, Purgatorio, & Paradiſo commorantibus pertractat, ob id in tres partes librum hunc aureum diſtinxit: & eius initium eſt. *Nel mezo.*

Beatus tamen Antoninus in titulo 21. tertię partis ſuæ hiſtoriæ eum culpandum affirmat in his.

Primò quia puerorum librum dimiſit, huiuſmodi forſan ſtatum, quem, & gentiles poetæ nequaquam ignorarunt, quãdam eſſe fictionem exiſtimans.

Rurſus, quia Celeſtinum Papam pontificatum renunciantem de puſillanimitate redarguit, quem Eccleſia veneratur, & miratur de humilitate.

Cæterum in tertia parte monarchiæ affirmat Romanos Imperatores nullam dependentiam habere à Papa, ſed à ſolo Deo niſi inſpectantibus ad forum animarum, non autem in rebus temporalibus, quod quàm erroneum ſit, vbiquè locorum in humanis, & diuinis literis explicatur, ſicut nanq; luna illuminatur à ſole, ita poteſtas temporalis à ſpirituali.

In his ergo culpandus venit vates iſte pergloriofiſſimus, & hetruſcæ linguæ conditor, qui ob ciuiles ſeditiones patria pulſus, penè omnibus diebus ſuis exulauit, in Gallia aliquandiu, & poſtea apud Aragonum Regem, & tandē apud Rauennam ciuitatē, quo in loco annū agens quinquageſimū ſextū plenus gloria perrenni diē obijt, adeo mentis compos, quod ſex verſus in extremo vitæ ſuæ edidit, poſtmodū in proprio tumulo inſciſos, & ſunt hi.

Iura

Iura Morchiæ, ſuperos, phlegetonta, lacuſquè,
Luſtrando cecini, voluerunt fata quouſque,
Sed quia pars eſſet, melioribus hoſpita caſtris,
Auctoremquè ſuum petijt, felicior aſtris,
Hic claudor Danthes patrijs extorus ab oris,
Quem genuit parui Florentia mater amoris.

Rauennates verò ciues eum nobiliſſimo tumulo cohoneſtantes, & ipſi hæc carmina in eius laudem inciderunt. Videlicet.

Thæologus Danthes nullius dogmatis expers.
Quod foueat claro philoſophia ſinu.
Gloria muſarum virgo gratiſſimus author
Hic iacet, & fama pulſat vtrunquè polum.
Qui loca defunctis gladijs regnumquè gemellis.
Diſtribuit loicis, rethoricisquè modis.
Paſqua pierijs demum reſonabat amenis.
Atropos heu lectum leuida rupit opus.
Huic ingrata tulit triſtem Florentia luctum:
Exitium nato patria eruda ſuo
Quem pia Guidonis gremio Rauenna nouellis
Gaudeat honorati continuiſſe Ducis.
Mille trecentis ter ſeptem numinis annis:
At ſua ſeptember idibus aſtra tenent.

In eodem etiam ſepulchro à Bernardo Bembo inſtaurato inuiſitur aliud epithaphium ab eodem Bernardo editum. 1433.

Exigua tumuli Danthes hic ſorte iacebas.
Squallenti nulli cognitæ penè ſitu
At nunc marmoreo tandem ſubnixus es arcu
Omnibus excultu ſplendidiore nites.
Nimium Bembus muſis incenſus hetruſcis,
Hoc tibi quem in primis hæ coluere dedit.

Vgolinus autem verinus in ſecundo de illuſtratione vrbis Florent. hæc habet.

Quos Florentinus omnis ſupereminet omnes
Gloriam Muſarum Danthes nec cedit Homero
Par quoquè Virgilio, doctrina vincit vtrunquè.

Rurſus in Apotheca Iudicum, & Notariorum ciuitatis Florentiæ hæc leguntur.

Inclitus hic Danthes carmen vulgare poeſis
Compoſuit tria regna canens; lætale baratrum
Quodquè etiam delicta lauat, lætitiſquè per aſtra
Itur in alterius requiem, ſine fine beatum.

DAN-

DANTES Mayanus vates ſui temporis ſingularis, prememorati Danthis familiariſſimus, & ob ſuas nobiles animi dotes chariſſimus. Quædam cantica, & ſonettos ad eundem ſcripſit, quæ omnia in vnum collegit Bernardus Iuncta typisq; excuſſit. & in lib. 7. diuerſorum poetarum collocauit, & eorum initium eſt. *Conuiemmi dimoſtrare lo mio ſapere.* Emicuit. 1320.

DANTHES Populeſchus vir triplici lingua perbellè excultus, græca, nempè, latina, & materna, in Hetruſchum ſermonem conuertit exactiſſimè comentaria Cæſaris. Enituit. 1480.

DIETISALVIVS Neronius Nigri filius, vir cōſularis grauiſſimus, & humanarum literarum diſertiſſimus, complura egregia laude digna (vt fertur) conſcripſit, ad manus tantum epiſtola manuſcripta erudita doctrina referta, ad Magnificum Zenobium de Guaſconibus in Bibliotheca Illuſtriſſimi Nicolai de Gaddis aſſeruatur. Enituit.

DIONYSYVS Eremitici inſtituti frater Venerabilis, philoſophus inſignis, & Methafiſicus ſubtiliſſimus, quippe qui in conuentu Bononienſi Eremitarum longo tempore huiuſcemodi ſcientias ingenti auditorum frequentia interpretatus eſt.

Conſcripſit comentaria nobiliſſima in Ariſt. libros, qui parua naturalia intitulantur, quæ Piſauri in Monaſterio eiuſdem Religionis aſſeruatur. in pretio vixit. 1440.

DOMINICVS Panthaleonus ex ordine diui Dominici Pater, philoſophiæ cultor perpetuus, & ſacræ theologiæ doctor inſignis, compoſuit in primis quàm plures tractatus de monte communi contra Magiſtrum Franciſcum de Emporio.

Item de conceptione per modum dialogi contra fratres Minores.

Item alium tractatum de eadem materia.

Rurſus de ſubſtantia orbis ſuper Auerroem.

Inſuper de forma conſecrationis ſanguinis Ieſu Chriſti. Ad petitionem Domini Iacobi Epiſcopi Florentini.

His omnibus accedit tractatus ſuper Miſerere. qui intitulatur diſcipulus ad mortales.

Hæc autem omnia apud Bibliothecam Cenobij Sanctæ Mariæ Nouellæ, cuius erat alumnus commorantur. Interijt Floren. 1376. die vigeſima ottaua Auguſti, & in Baſilica venerabili eiuſ-

li eiuſdem Monaſterij cum alijs patribus eius corpus reconditum eſt.

DOMINICVS Silueſtri à dulciſſimis muſis educatùs, & in hortis amenisſimis Mineruæ enutritus. In primis poſt Ioannem Boccaccium metricé conſcripſit volumen cui titulum fecit de Inſulis, & earum proprietatibus. Et præfationis exordium eſt. *Cum plures mecum reuoluerẽ.* De quo Ioannes Boccaccius. Archetypon autem diligentiſsimè annotatum commoratur apud Bibliothecam ſancti ſpiritus de Florentia, quo in loco eiuſdem Authoris aſſeruatur adhuc alterum volumen, quòd prenotatur carmen buccholicum in decem eglogas diſtinctum, quarum prima titulus eſt. Oratorium. & initium ſic ſe habet. *Quæ mora te tenuit tam longa, aut cura perurgit.*

Eiuſdem habentur in eodem volumine nonnullæ epiſtolæ, proſa, & verſu dictatæ. In maximo pretio vixit. 1380.

DOMINICVS Petri de Nardis ſacri Dominicani inſtituti profeſſor, vir in diſſerẽdis ſacræ ſcripturæ locis apprimè ſubtilis: in Ariſtotelica verò doctrina nobiliter doctus, ingenio, & eloquio, tùm clarus, tùm facundus. Edidit.

Quadrageſimale pro concionatoribus. incipiens à feria quarta ſacri ieiunij quadragenarij cuius initium eſt. *Quoniam multorum patruum mei ordinis.*

Rurſus alterum volumen ſermonum de ſanctis, à feſto ſancti Andreæ ſic incipiens. *Expoſito ſibi gaudio ſubſtituit.*

Iterum volumen ſermonum de tempore per totum annum, quæ omnia extant in Bibliotheca Sanctæ Mariæ Nouellæ. Ex hac autem ad meliorem euolauit vitam. 15. Decembris 1385. & in baſilica venerabili S. Mariæ Nouellæ eius oſſa recondita ſunt.

DOMINICVS Lapaccius Dominicani inſtituti profeſſor, ſacræ theologiæ doctor præcipuus, verbi diuini orator inſignis, & Argolienſis, deinde Coronẽſis Eccleſiæ Epiſcopus venerabilis. Edidit opus inſigne ſuper Miſerere, quod elegantiſſimè concionatus eſt. corã Rege Boemiæ Humanis ceſſit Flor. die 20. Iulij. an. chriſtianæ ſalutis 1446. Hoc autem opus manuſcriptum in Bibliotheca Sanctæ Mariæ Nouellæ aſſeruatur.

DOMINICVS Ioãnis ex inſtituto prædicatorum, cænobita venerabilis, vir admodum peritus, & eloquentiæ, ac poeticæ artis

artis clariſſimus: vt potè qui literarum ſtudijs & humanitate oblectabatur, edidit heroico, & quidem grandiloquio carmine hiſtoriam Florentinam ad multa milia verſuum quod opus Florentino magiſtratui miſit. Dantes cantica publicè interpretatus eſt.

Rurſus vitam Beatæ Mariæ Virginis carminibus elegātiſſimis exarauit. Ad magnificum Petrum Medicen, Coſmi filium, & eam attitulauit Thæoticos. cuius initium eſt. *Inclita diuinæ præconia promere matris.* Aſſeruatur manuſcripta in Bibliotheca Gaddiana.

Eiuſdem extant hinni in laudem diui Vincentij. & S. Caterinæ de Senis. Quare Magiſtratus Florentinus tanto ciui, & patri de ſe bene merito funeralem pompam curauit faciundam quā deniquè adeptus eſt. die 27. Octobris Anno chriſtianæ ſalutis. 1483. 27. Octobris poſt plures præfecturas cænobiorum, & prouinciarum, & totius ordinis diui Dominici progeneralatum. cui tanquam ordinis magiſter, decem, & octo menſibus laudatiſſimè præfuit.

DOMINICVS Beniuenius Hyeronimi poetæ, & Antonij Medici Frater. Sancti Laurentij canonicus, philoſophiæ tum Ariſtotelicæ, tùm Platonicæ cultor, & theologiæ doctor inſignis, & vir deniquè ante alios pius ergà Deum, iuſtus erga homines, & in ſe ipſo temperatus, qui ita acutè, & ſubtiliter in legendo, & diſſerendo diuinarum literarum ſecreta inueſtigauit, vt Scotinus appellari dignus fuit habitus. Poſteritati tranſmiſit opuſcula plurima, quorum tantum ad manus peruenit tractatus inſcriptus. Scala ſpiritualis, ſuper virginis nomen hetruſco ſermone elaboratus, cuius initium eſt. *Più volte diletta madre hauete da me ricerco.* floruit. 1480. in cuius obitu Hieronymus frater ſe ipſum conſolando hæc carmina dictauit.

Se morto viue anchor colui che in vita,
Troppo certo al tuo cor fù grato, e piacque
Mentre che in queſte humane membra giacque
Ond'era al ſuo deſio, la via impedita.
Se lieta, & in grembo al ſuo fattor ſalita.
Queſt'anima gentil, dou'ella nacque
Se da queſt'impie à quelle nitid'acque
Ti chiama, alletta, ogn'hor luſinga e inuita.
Se iui fruir la puoi più che mai bella
Volendo poi ch' il mal teſſuto velo

Rotto ſie da tua, veſte infetta, & egra
Apri hormai gli occhi e per la via che quella.
Ti ſcorſe in terra à lei tornando in cielo
Pon fine al pianto, e del ſuo ben t'allegra.

DOMINICVS Bracci Martelli filius, Iuris tùm Ceſarei, tùm Pontificij conſultiſſimus, in enodandis decretorum difficultatibus facilis, & fidus: in conſcribendis verò quæ ad vtrumquè ius maximè faciunt argutus, & grauis. Hæc lectu digniſſima poſteris teſtatus eſt.

Super rubricam de acquirenda poſſeſſione.
Tractatum de conſilijs attitulatum.
Et pleraquè alia. Enituit. 1490.

DOMINICVS Mellinus Phæbi, & Mineruę dulcis alumnus, qui innumeris floribus Achademiæ Florentinæ hortos amenissimos exornat. Ante omnia euigilau t tractatum materno, & eleganti eloquio, quem intitulauit. *Viſione demoſtratiue della maluagità del carnale amore*. Ad Illuſtriſsimum Marium Columnam & incipit. *Non ſono anchora molti giorni.*

Præterea eruditè, & eleganter eodem idiomate conſcripſit felicem aduentum ad Vrbem Florentiam Illuſtriſsimæ Ioannæ Auſtriæ Sereniſsimi Franciſci eiuſdem vrbis magni Ducis vxoris dilectiſsimæ. *Eſſendomi ſempre parſo.*

Rurſus vitam Philippi ſcolaris.

Viuit adhuc. 1588. & quotidie noua fabrili in cude cudit, & inter cætera præ manibus habet Marſilij Ficini vitam.

DONATVS Acciarolius Neri filius, doctiſsimi Argiropoli ſtudioſus auditor, inter omnes grauiſsimos oratores ſui tēporis eloquentiſsimus, Dialecticus ſubtilis, Mathematicus acutus, in omni philoſophiæ genere admodum exercitatus, omnibus literis, & ſanctiſsimis moribus, maternaquè lingua eruditus, cuiq; tandem ex præſtantiſsimis ſuę vrbis ciuibus conſularibus, acerrimiſquè propugnatoribus meritò anteponendus, nunquàm factioſus qui pro Reip. ſalute pericula, quin potius, & mortem ſubire non dubitauit. Inter multos, & quidem præclaros ingenij ſui fœtus peperit.

Commentarios pulcherrimos eleganterquè conſcriptos, ad Nichomachum.
Itē cōmentarios in libros politicorum, primo editos: 1566. & eorum

eorum præfatio incipit. *Nemo mediocriter doctus.*

Rurſus quatuor priores libros phiſicorum illuſtrauit.

Tres libros de anima ab Ariſtotele editos dilucidauit.

Libellum in quo Caroli magni Florentiæ inſtauratoris geſta commemorat,& incipit. *Carolo Franchorum Regi.*

Orationes eloquentiſsimas, quas ingenti aſtantium admiratione habuit ad Paulum Secundũ ad Sixtum Quartum. Ad Francorum Reges. ad Senenſes. & ad Mediolanenſium Duces, apud quos ſępè oratoris munus impleuit.

Rurſus è græco in latinum conuertit plures Plutarchi paralellos. Videlicet.

Vitam Alcibiadis &

Demetrij.

Dictauit proprio marte vitam Annibalis, & Scipionis.

Rurſus tractatum, cui titulum fecit. de bono,& malo opere.

Præterea ad vtilitatem legentium è latino in hetruſcum vertit eloquium hiſtoriam Leonardi Aretini ad Rectores ciuitatis Florentiæ. & exordium eſt. *Molte ſono le ragioni.*

Plura alia teſtatus eſt, quorum notitia deſideratur.

Obijt autem vir iſte pergloriosus,ſui,ſuæquè eloquentię deſiderium relinquens, dum orator abiret ad Gallorum Regem potentiſsimum in vrbe Mediolanenſi,ſingulis, & quidem præſtantioribus ſuæ Reipublicæ feliciſsimæ magiſtratibus functus. Anno ſcilicet chriſtianę redemptionis. M. CCCCLXXIII. de menſe Augusti. Eius verò cineres inde, relati apud Carthuſiam Florentinam,quam Acciarolioꝛum familia nobiliſsima conſtruẽdam curarat,publicis exequijs repoſiti ſunt. Cuius verò laudatione funebri cohoneſtauit Chriſtophorus Landinus.

Politianus autem poeta venuſtiſsimis his carminibus eum decorauit.

Donatus nomen, patria eſt Florentia gens
Azzarola domus,clarus eram eloquio.
Francorum ad Regem patriæ dum orator abirem
In duris Anguigeri manibus occubui.
Sic vitam impedi patriæ, quæ me inde relatum
Inter maiorum nunc cineres ſepellit.

Vgolinus etiam in ſecundo de illuſtratione vrbis. Floren. hæc ipſi dicauit.

Quis ſcripto, quis de Donate diſertior ore
Azzarole fuit, qu inquàm tua clara propago eſt.
Tu tamen huic veros cumulaſti laudis honores,

Et nunc inſignes ex iſto ſanguine ſurgunt
Eloquio Iuuenes graio, pariterquè latino.

DONATVS Acciarolius eques Hieroſolimitanus, & hiſtoriarum perpetuus cultor. Compendiolum quoddam dictauit, in quo ſatis excuſsè ſingula annotauit, quæ in Italia obtigerunt ab anno chriſtianæ ſalutis 1525. vſque ad annum. 1528. quo tempore in maximo pretio fuit.

DONATVS Iannotius in omni diſciplinarum genere conſumatiſſimus, de quibus ita doctè, ita eleganter, ita ſcitè prõptequè diſſeruit, ac profundè ſapit, vt vnum tàm diuinas, quàm humanas artes ſtudioſiſſimè complexum fuiſſe faterentur ſinguli, ipſum tanquam Socratem colentes, atque venerantes. Poſteritati conſulens, inter cætera in lucem miſit (miro ordine conſcriptam) Remp. Venetam, ſed hetruſco ſermone.

Inſuper tractatum conſcripſit prænotatum. *Diſcorſi delle coſe d'Italia* ad Paulum tertiũ, & initium. *Io non credo che alcuno poſſa dubitare.* Aſſeruatur in Bibliotheca Gaddia.

Eiuſdem extat liber, cui titulus eſt. *La republica Fiorentina.* ad Nicolaum Rodulfum. Card. *Non è dubio.* Aſſeruatur autem manuſcriptus in eadem Bibliotheca: fato ceſſit Venetijs. 1572. ibiquè oſſa conquieſcunt.

DINVS Roſſonius Cini Piſtorienſis, & Bonifacij octaui præceptor: vtriuſquè iuris enucleator inſignis, ingenio ſubtilis, & quæſtionibus iuris valde prõptus, & peracutus, ac in diſputandis, enodandiſq; dubijs ſagax, in inquirendo circumſpectus, in explorando & iudicando grauis, qui de mandato Bonifacij primus poſt Archidiaconum ita eleganter ſcripſit, vt Baldus dixerit nimirum eſſe ſi in ſexto decretalium nullus reperiretur error. Hęc monumenta immortalitati conſecrauit. Videlicet.

Super ſextum Decretalium. lib. 1.
Super Codice. lib. 10.
Super ff. vet. lib. 24.
Super ff. nou. lib. 12.
Super ff. infortiati. lib. 14.
De intereſſe.
De preſcriptionibus.
De ſucceſſionibus ab inteſt.
De modo arguendi.

Gloſſas.

Gloſſas contrarias, & earum concordantias, & nonnulla alia, quæ etſi intenebris haud latitarent magis nomen tanti viri adſidera vſquè extollerent. Qui cum per multum temporis incredibili omnium admiratione Bononiæ ius eſſet interpretatus, tandem in eadé vrbe debitum ſoluit extremum Anno noſtræ ſalutis 1303. & ſepultus eſt ad Sáctum Dominicum Bononiæ ſepulchro quidem humili, ſed ob eius memoriam, clariſſimo, & proximè circa ipſum Cinus, vt viuos, & mortuos conueniſſe intelligamus.

Horrendum tamen dictum refert Angelus lib. 1. cap. de 8. ad. ſcilicet habuiſſe à quodam Sancto viro, quod Dynus apparuerat ſibi in ſomno dicens, ſe fore damnatum, quia in quadam cauſa contra ius conſuluerat. idem Bart. conſ. 65. idem Purpura in l. edit. col. 3. & Ioannes Andreæ teſtatur eum inſcium fuiſſe iuris Canonici.

DINVS de Garbo præſtátiſſimi Bruni Chirurgi filius Thommæ Medici præcipui pater, qui ob ſui ingenij propè diuini excellentiam, præceptorem Thaddeum medicum ſapientiſſimú, æquiſſimis paſſibus inſequutus eſt; nomenq; ſuum toto orbi, & præſertim Bononię, & Senis, quibus in locis Artem Medicam profeſſus eſt, admirandum reddidit. Hęc ingenioſiſsima monumenta poſteris tranſmiſsit, comentaria, in quoſdam Hippocratis Galeni, & Auicennæ libros.

De malitia diuerſæ complexionis. lib. 1.

In Hippocratem de natura fœtus. lib. 1.

Diuerſarum quęſtionum. lib. 1.

Præterea enarrauit cantionem vulgarem Guidoni de Caualcantibus, quæ de natura, & motu amoris venerei tractat.

Scripſit & de chyrurgia.

De generatione embrij.

De ponderibus, & de menſuris.

Extat adhuc epiſtola, de cęna, & prandio ędita Romæ, cum operibus Andreæ Turini. 1545.

Et plura alia, quæ omnia ad Robertum regem intitulauit. authore Ioanne Vilano, qui in nouo libro ſuæ hiſtoriæ ſcribit húc pręſtantiſſimum virum diem obijſſe Florentię trigeſima Septembris. anno chriſtianæ redemptionis. 1327.

Et in eius laudem hæc ſcribit Vgolinus.

Nec dubitem cunctis, diuinnm componere grais
Cui garbo cognomen erat, nec filius vlli,
Doctrina, ingenioquè minor Thomaſus habetur.

E.

EVPHROSYNVS Boninus Angeli Politiani auditor, humanarum præſertim literarum, & græcarum profeſſione celleberrimus, plures epiſtolas tùm latino, tùm græco eloquio admodum elegantiſſimas conſcripſit, quas precipue videre eſt in libris, quos emittebat quotidie, cũ Philippi Iunctæ Typographus eſſet. Quin potius cum librorum auidiſſimus exiſteret, quàm plururimos in lucem edidit libros, ſuo labore è tenebris erutos, ab erroribuſquè purgatos, vt in illa ſua apparet epiſtola Hæſiodi operum grecæ typis excuſſa à Iunctis, quæ ſic incipit. *Dum græcorum authorum multis erroribus.*

Hunc etiam virum ferunt quidam è græco in latinum vertiſſe Ioannem gramaticum. alioſquè græcos authores.

Publicè præterea Piſis humanas literas edocuiſſe. Clarus habitus eſt. 1520.

EVPHROSYNVS Lapinus latinus terſus, & grȩcus peritus, qui nobiliſſimos iuuenes liberales artes non immodica voluptate eleganter, & ſcitè Florentiæ edocuit. elaborauit in primis.

Tractatum de modo orandi, idiomate materno.

Præterea è latino vulgarem fecit orationem Dominicam, ex expoſitione Conſilij Colonienſis, deſumptam.

Prȩterea vitam Franciſci Cathanei Iacetij philoſophi Platonici. Cuius exordium. *Vrbem Hetruriæ Florentiſſimam.*

Rurſus trilingue vocabularium elegantiſſimè, & accuratè digeſſit.

Gramaticam inſuper materno, & latino, quinimo & græco ſermone dictauit.

Literas complures, & ſi idiomate patrio, elegantiſsimas tamen in lucem miſit.

Sonettum illum Petrarcȩ cuius initium eſt. *Laſciate hai morte.* expoſuit. De octo partibus orationis tractatum dictauit.

Librum carmine heroico decantatum cui titulus eſt. Anaſarcho, Poſteris tranſmiſit.

Et libellum de Paradiſo animȩ ab Alberto magno editum, eloquio patrio conſecrauit.

Diem obijt Florentiæ 1571. menſe decembris.

FA-

F

FABIVS Segnius vir & ſcientia, & doctrina peritiſsimus, ac poeticæ artis præſtantiſsimus ornata elegantia, & (vt aiunt) bona tornata carmina literis conſignauit, præſtantiſsimis viris notiſsima.

FACCIVS Vbertius ſua tempeſtate Poeta percelebris, & geographus peroptimus, ob quas nobiliſsimas virtutes laurea corona donari promeruit, quem Ioannes Annius hiſtoricũ præclarum, & Coſmographum Blondo illuſtrem prædicat, quippe qui ingenio hetruſco excelluerit, & explorata loca melius, & certius tenuerit. Euigilauit ingenti labore volumen hætruſcis verſibus inſcriptum. Dicta mundum prænotatum, ſiue de mirabilibus mundi, ſepiſsime à Leonardo alberto Bononienſi in deſcriptione Italiæ productum, in quo ſingula loca, vrbes, oppida, & cętera id genus Hetruriæ, ac totius mundi partes, hiſtorias Veteris, ac Noui teſtamenti, nec non & ſummorum Pontificum, ac Romanorum Imperatorum geſta mirabili artificio commemorat, & initium eſt.

Non per trattare glì anni che io ſoffèrſi
Nel mio longo camino, ne le paure
Di rima in rima teſſo queſti verſi.

Eiuſdem etiam ad manus peruenit capitulum quoddam in libro illuſtrium Poetarum à Bernardo Iũcta excuſſo, cuius initiũ.

Laſſo che quando immaginando vegno.

Emicuit 1300. in cuius laudem hæc duo carmina cecinit Verinus. in ſecundo de illuſtratione Vrbis Florentinæ. Videlicet.

Fatius Hetruſco eſt inſignis carmine Vates.
Fatius Vbertæ non vltima gloria gentis.

FEVS Belcharius hetruſco, & propè diuino carmine clariſsimus ſanctiſsimis moribus, vitaq; integerrima prçditus, edidit plures odas, inter quas precipua extat illa omnibus admiranda cuius exordium. *Da che tu m'hai Dio il cor ferito.*

Præterea vita beati Colombini Ieſuatorij ordinis inſtitutoris. Humanis ceſsit die 16. Auguſti. Anno chriſtianę redemptionis. 1484. cuius mortem męſtiſsimè deplorando percelebris Poeta Hieronymus cecinit canticum illud. Videlicet.

Se per pianger già mai l'inſtabil porte
Del cor profondo, e gl'occhi infermi aperſe
Amor fortuna el ciel madonna e morta.

FICINVS magni Ficini Pater, medicus fortunatiſsimus, & chirurgus acuratiſsimus, elaborauit materno ſermone librũ de peſtilentia prænotatum, quem ob ſuam pręſtantiam latinum fecit Hieronymus Riccius. Enituit. 1440.

FLAMETA clariſsima fæmina Alexãdri Soderini olim vxor, eximijs corporis, & animi dotibus inſignis, & poeticæ artis inter omnes ſui temporis perpetua cultrix, & pręcipua; Complures ſonnettos grauiſsimos, venuſtiſsimasq; cantiones dictauit, ineffabili legentium admiratione. viuit adhuc 1575. & vt fertur, è latino ſoluta carmina conuertit Terentij Comedias.

FRANCISCVS Serpetracholi nobiliſsimi, ac potentiſsimi ciuis filius, quem (Authore Mattheo Villanio in vigeſimo quinto capite libri quinti ſuæ hiſtorię) ob eximias virtutes, ac pręcipuę animi dotes Principes laurea, atquè poetica corona Romæ preſente vniuerſa nobilitate, decorarunt.

Conſcripſit quædam matricè plurimis ſalibus conſperſa, quæ temporis iniuria aboleuit, clarus habitus eſt Florentiæ anno redẽptionis humanæ milleſimo trigenteſimo quadrageſimo. 1340.

FRANCISCVS Ricchius de Albizis Poeta complura in lucem edidit, quæ temporis iniuria extincta fuere: Nichilominus ne tanti viri memoria aboleretur, ſuis in operibus Franciſcus Petrarcha mentionem fecit, & precipue in quarto capite Triumphi Amoris. Dicens.

Senuccio, e Franceſchin' che fur ſi humani.
Com' ogn' huom' vede, e poi v'era vn' drappello. Enituit. 1350.

FRANCISCVS Giuntinus, Philoſophus, Thæologus, atq; Aſtronomus, vir inter mortales non ſpernendus, ſcripſit Speculum Aſtrologiæ Lugduni primo impreſſum 1572. Inſuper Comentaria in Sacroboschi Spheram in quatuor libros diſtincta dictauit. Ad Franciſcum Spinam. Exorditur, *Sapientes antiqui.*

FRANCISCVS Azzonius magni Accurtij filius, paternæ ſanè doctrinæ emulator ſtudioſiſsimus, & in iure ciuili egregiè do-

giè doctus: ac in alijs diſciplinis admodum eruditus; ideo ſuæ virtutis teſtes reliquit. Videlicet.

Diſputationem libros 2.

Glo. in leg. &

Super Inſtituta. Bononiæ ante,& poſt ſui Patris obitum iuris prudētiam annis quamplurimis profeſſus eſt. Et licet Pater ſuus ipſum extra bona fortunæ poneret (referente Bartolo. l.in quart. Nu. 10. ff.ad legem fal.) in eodem tamen paterno Sepulchro humari voluit. Velut inſcriptio tumuli demoſtrat,in Eccleſia Sancti Franciſci Bononiæ repoſita. 5.

Sepulcrum Accurſij Gloſatoris legum: & Franciſci eius filij. De huiuſmodi clariſſimo Viro Dantes in 14.cantu primæ canticæ mentionem fecit.

Priſcian' ſe ne va con quella turba grama.
E Franceſco,e Accorſo ancho,e vedraui.
Se haueſſi hauuto di tal tigna brama.

FRANCISCVS Ambra Comicus comedias quamplurimas typis excuſſit, quæ poſtmodum non paruo applauſu regioq; apparatu receptæ fuere. Inter quas precipua eſt illa inſcripta. *Il furto.* & alia *Coſonia.* floruit. 1560.

FRANCISCVS Serdonati, vir admodum eruditus, De Geſtis Romanorum ſcripſit. Et quamplura alia nunc componit, quæ ab hominibus ſatis eruditis deſiderantur. Viuit.

FRANCISCVS Vēturius Græci, Latini, ac Materni ſermonis peritiſſimus, è Græco in Italicam linguam multa exactè conuertit. Et inter cætera Helicarneſeum de Antiquitatibus vrbis Romæ in vndecim libros diſtributum. Ad Ottauium Farneſium Camerini Ducem, typis excuſſum. 1545.

FRANCISCVS Ceius vir ſingularis doctrinæ, & poeta venuſtiſſimus. Opuſcula quamplurima exarauit,in quibus conſcripta habentur Capitula elegantiſſimis carminibus concinnata. Extant etiam huiuſmodi Viri Sonnetti, & Cantiones. Quæ omnia vnico volumine colligata videntur. Et horum initium eſt. *In duo penſieri mie mente ſi diuide.*

FRANCISCVS de Barberino patritius Florētinus iuris conſultus maximè exercitatus in interpretandis legum enigmatibus

bus admodum eruditus, & in enodandis arduis difficultatibus conſultor ſagaciſsimus, cuius admirabili prudentia, & ope, Reſpublica Florentina in rebus ſerijs ad potentiſsimos Principes oratorem conſtituere non dubitauit. Venturæ poſteritati plura ſuæ profeſsionis monumenta teſtatus eſt, & quędam alia, hetruſcis carminibus exarata, quibus titulum fecit, documento *d'amore diuiſo in dodici parti*, & ſunt hæc.

Docilitas.	Prudentia.
Induſtria.	Gloria.
Conſtantia.	Iuſtitia.
Diſcretio.	Innocentia.
Patientia.	Gratitudo.
Spes.	Æternitas.

Quantum autem faciant opuſcula hęc ad optimæ vitæ inſtitutionem videant ſanè iudicij viri.

Ob id à Boccacio in ſua genealogia vt poeta celebris veneratur.

Diſſoluit autem huius carceris vincula Florentiæ anno chriſtianæ ſalutis. 1578. & in ædibus Sanctæ Crucis ipſius cineres reconduntur, ad leuamquè templi propè ſacrarium. Monumentum quod filio commune extat, viſitur atquè in marmoreo lapide inciſa ſpectantur hæc carmina.

Inclita plange tuos lachrimis Florentia ciues.
Et patribus tantis fundas orbata dolorem.
Dum redeunt domini Franciſci funera mente
De Barberino & nati, nam iudicis omnis
Geſſerat officium ſua corda cauendo reatu,
Sed ſatis excedit naturæ qui doctus vtroquè
Iure fuit genitor, ſed ſolo filius vno.
Scilicet in cauſis, quæ ſunt ſecularibus ortæ
Hoc eunt ſub lapide poſiti, quibus vltima clauſit
Perfida mors oclos paucis dialata diebus
Strage ſub cæli, quæ totum terruit orbem.
In Biſſenario quater aucto mille trecentum.

FRANCISCVS Landinus, qui, & ſi oculorum lumine eſſet orbatus, tanto tamen ingenij acumine fuit excultus, tantaquè perſpicuitate cæterorum ſenſuum exſtitit decoratus, vt ab omnibus tãquam philoſophus, aſtrologus, muſicus & omnium armonicorum ſtrumentorum celebris, ſingularis, & egregius venerari promeruerit, quin potius Venetijs à ſereniſsimo Ciprorum Rege, &

ge, & Illuſtriſsimo Venetorum duce corona laurea donari dignus ſit habitus, ob has ingenuas, & nobiles virtutes. Edidit quædam ad muſicos maximè faciētia, & notiſsima Enituit. 1380.

FRANCISCVS Petrarcha Petrarchi filius, Archidiaconus Parmenſis, cathedralis Eccleſiæ Patauinæ canonicus Rethor philoſophus, cronographus, theologus, & poeta clariſſimus muſarum, & mineruæ Sacerdos, & vir denique tanto virtutum ſplēdore clarus, & ita ad optima queq; ſtudia maxime idoneus, vt potius excogitandum eſſet, quæ ex referta laudum ſylua ſine piaculo preteriri deberet, quam perquirere, quæ accurata oratione exornari poſſent, cū preſertim quinque præcipua in eo efloruiſſe conſtet. Carminum ſcilicet ſuauitas, qua per vniuerſum orbem celebratur. Senſuum profunditas cum ſtudio maximo. Perpetua inſuper manens, ac indefeſſa gloria, vt etiam in Hiſpanicam linguam tranſierit. Cęlibatus, & orbitas, & deniquè linguarum pluritas, quas poſt longa ſilentia penè emortuas ad ſuperos reuocauit. Hæc ſui eximij ingenij monumenta poſteritati conſecrauit. in quatuor libros digeſta. Videlicet.

- De remedijs vtriuſquè fortunæ. lib. 2. *Cum res fortunaſquè hominum.*
- De Vita ſolitaria. lib. 2. *Credo ego generoſum.*
- De ocio Religioſorum. lib. 2. *Vnde vero non odior.*
- De vera ſapientia Dialogi. lib. 2. *Conuenit pauper quidem.*
- De contēptu mundi ſiue ſecretorū dialog. 3. *Quid ais homūcio.*
- Pſalmi penitentiales ſeptem. *Heu mihi miſero.*
- De Rep. optime adminiſtranda. lib. 1. *Dudum tibi vir clariſſ.*
- De officio & virtutibus Imperatoris. lib. 1. *Non vereor cū me.*
- Rerum memorandarum. lib. 4. *Sed mihi cuncta verſantur.*
- Epitome vitarum virorum illuſtrium. *Hic adoleſcens materno.*
- Suplementum epitomatis. *Ampliſſima Regis Alexandri.*
- De pacificanda Italia exhortatio. *Præcipitium horret epiſtolarū.*
- Ad veteres ROM. REIP. defenſores oratio. *Loquor quin cogor.*
- De libertate capeſcenda hortatoria. *Primum ne tibi vir.*
- De obedientia & fide vxoria. *Eſt ad Italiæ latus.*
- De Auaritia vitanda oratio. *Scio tibi Magiſtrum.*
- Itinerarium Syriacum. *Poſui ergo vitæ optimæ.*

In Tomo ſecundo.

- De rebus familiaribus epiſtolarū. lib. 8. *Quod verò nunc agimus.*
- Epiſtolarum ad quoſdam ex veteribus illuſtriorum. lib. 1. *Quid agis ò bone.*

De re-

De rebus ſenilibus, & familiaribus. lib. 16. *Iam ante literarum tuarum.*

Epiſtolarum variarum. lib. 1. *Vt aliquid ad te ſcribam.*

De ſui ipſius, & aliorum ignorantia. lib. 1. *Nunquam ne igitur cognoſcemus.*

Apologia contra Gallum. lib. 1. *Nuper aliud.*

Inuectiuarum contra Medicum quendam. lib. 4. *Quiſquis es qui iacentem.*

In tertio Volumine.

De laurea ſumenda conſolatoriæ epiſtolæ. lib. 5. *Accipite in.*

Receptæ laureæ priuilegium. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Buccolicorum eglogæ. *Monicæ tranquillo ſolus.*

Aphrica ſiue de bello punico. lib. 9. *Vt mihi conſpicuum.*

Epiſtolarum. lib. 3. *Si mihi ſeruaſſet.*

Teſtamentum. *Sæpe de eo mecum.*

In quarto Tomo.

Opera quæ lingua hætruſcha ob amorem Lauræ conſcripſit, quibus immortalem gloriam ſibi comparauit, vt ob eorum rithmos, ipſe ſolus non modo primus, verum etiam vltimus meritò ab eruditis omni ætate ſemper habendus eſt.

Inſuper manuſcriptum fertur itinerarium ad Sanctum Sepulcrum. ad Dominum Ioan. de Mandella Mediolanenſem Medicum. Incipit. *Rarò admodum ſpei noſtræ.*

Hæc igitur ſui eximij ingenij monumenta infatigabili labore, & induſtria poſteritati tranſmiſit vir iſte pergloriosiſſimus, qui cum ſic poeta illuſtris eſſet factus, vt nihil ad rerum diſpenſationem, nihil ad numerum, & compoſitionem, & nihil tandem ad ornamentum addi poſſet. Dignus habitus eſt nondum trigeſſimum, & ſextum annum attingens, laurea poeticaquè corona Romæ ab Vrſo Anguillariæ comite, ſenatoria poteſtate prædito decorari, in Capitolio in die Reſurrectionis Dominicæ Idibus aprilis. 1341. preſente Senatu, omniquè Romana nobilitate, & multarum aduenarum adſtantium Procerum frequentia. De conſenſu ſcilicet Benedicti duodecimi Pontificis Maximi, & Roberto Siciliæ Rege id approbante. Eius autem anima exuta eſt ſpolia die 19. Iulij. Anno ſulutis. 1374. cum iam grato in carcere. 70. ann. ſpatio vna minus die abſquè tedio permanſiſſet. Cuius corpus ingenti funere tumulatur Arquadæ in collibus Euganeis, quo in loco amore Chriſti, & philoſophiæ vitam ſolitariam aggreſſus fuerat. In eius verò ſepulchro rubri marmoris hoc inciſum adhuc ſpectatur eloquium.

Frigida

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarcæ.
Suſcipe virgo parens animam ſate virgine parce.
Feſſaquè iam terris cæli requieſcat in arce.

Circa baſim ſepulchri.

Virgo inſigni F. P. laureato Franciſcolus de Broſſano Mediolanenſis Gener indiuidua conuerſatione, amore propinquitate, & ſucceſſione memoria.

In eodem loco.

Ioannes Baptiſta Rota Patauinus amore beneuolentia obſeruantiaquè deuinct. ac tantar. celeberr. vatis admirator ad Poſteros.

H. M.
B. M.
P. C.

Præterea ſuper arcæ pinnaculum collocata eſt ænea ipſius imago Petrarcæ, ſub qua eſt inciſum hoc elogium.

FR. Petr. Paul. Valdrucchus Pat. poematum eius admirat; ætate agr. 9. poſſeſſor hanc eff.

P. Ann. M. D. XLVII. idib. ſeptembris Manfredino comite Vicario.

In eodem loco in pariete Baſilicæ in marmorea tabula ſpectatur hoc epitaphium.

Danti Alligerio, Franciſco Petrarcæ, & Ioanni Boccaccio viris ingenio, eloquentiaquè clariſsimis, Italicæ linguæ Parentibus, vt quorum corpora mors, & fortuna ſeiunſerat, nomina tamen ſimul collecta permanerent.

Ioannes Breuius Canonicus Cenetenſis huius Baſilicæ in ſui erga eos amoris obſeruantiæquè teſtimonium poſuit. M. D. XXIIII.

Intus autem in ipſa Baſilica appoſita eſt tabella his carminibus inſcripta, quæ cum ſint lectu digna, non indignum erit, ſi hîc quoquè apponantur.

Cornua cui muſco & tota circundatus herba
Innixuſquè vrna guttis mandentibus Arnus
Non ſolum aſſurgit, ſed quem diuinæ Petrarcha
Et tiberis rerum dominus miratus & Indus
Et tagus, atquè Iſter ſitienti, & Boracla ripa
Panſa ergo viſendi ſtudio, qua conderis vrna
Huc veni, linquens vltro, patriamquè lareſquè
Et ſupplex voco te, ad cineres, omneſquè per aras
Ture litans tumulum amplector maneſquè liquenti
Excipio aqua, ſpargens violas, florumquè maniplos.
Huc adſis ne te pigeat veniſſe per agros

Seu

Seu iuuat Elyſios ſpatiari, & texere ſerta
Herourn manui immixtum natumquè choreis
Atria ſtellantis ſeu tu radiantis olympi
Metiris diuum ex adytis penetralia captant
Ah quantum vmbroſę valles, colleſquè ſupini
Inuideo vobis quibus data eſt cura ſepulchri
O uos fœlices nimium, nimiumquè beati
Equora, fœlices riui, fœlicia prata
Fœlices Bacchi vites, oleæquè Mineruæ
Sed magis fœlices rami Daphineidos vmbræ.
Fortunate lacus, fortunatiſſima Tempe
Euge Poeta veni, vultuſquè attolle ſerenos
Illuſtres animas tecum longo ordine ducens
Sis bonus ò fælixquè mihi, numeroſquè doceto
Aonios, quibus extollis ſuper ebera lauram
Et notam Eois populis, & Gadibus ò ſic
Lilia, vernanteſquè roſæ violaria odores
Aſpirent verè, & foueant tua buſta perenni
O ſalue eternum, vale eternum optime Vates

Rurſus in Apotheca Iudicum, & Notariorum Florentiæ adhuc inſpicitur hoc Epigrama.

Quod nulli natura dedit Franciſcus adeptus
Carmina bella canit, ſyluas, & paſcua clara
Et mores, ſatiraſquè proſa, nec amenius alter
Ergo digna virens ornauit tempora laurus.

Tandem Vgolinus Verinus & ipſe in ſecundo de illuſtratione Vrbis Florentinæ, in laudem tanti viri cecinit hæc.

Nemo ſatis poterit terſum laudare Petrarcham
Hætruſci decus eloquij, nulliſquè priorum
Inferior fuit Auſonijs, graiſquè Poetis
Non indignetur Flaccus, nec Pindarus illum
Ipſis æquari, paribuſquè incedere donis.
Multa quoquè, & proſa, & magnæ Carthaginis arma
Romano cecinit Tirrhenus carmine vates.

Eius vita à plurimis elegantiſſimè conſcripta eſt.

FRANCISCVS Mellinus cognomẽto Zopus, ex ordine Eremitano vir doctus, ac multũ religioſus, & in cõcionibus ab omni memoria commendandus, cuius opera anno 1444. cum apud populum Florentinum euangelizaret elegantiſſimè, & eloquentiſſimè Sancti Spiritus templum ſanè amplum, & magnificum Reipu-

Reipublicæ Florentinæ impenſis conſtrui, & ædificari cepit. (Philippo architecto nobiliſſimo.)

Elaborauit nonnullas conciones in Bibliotheca ſancti ſpiritus aſſeruatas. Enituit 1440.

FRANCISCVS ex ordine Sancti Franciſci profeſſor, cognomento Paduanus. Logicæ, Philoſophiæ, Theologiæ, ac iuris prudentiæ, perpetuus cultor, in cuius doctrina quid potiſsimum ſit admirandum ingnoratur, ſententiarum, ne grauiſſimarum, ſanctiſsimarumquè pondera, an ſtili varietates, an rerum decorum, an lepidum vocularum contextum, deniquè an ſexcentum, cum charitate lepores, omnes cumulatiſſime in eo congeſtæ fuerint.

Conſcripſit hæc ſui ingenij monumenta in Bibliotheca Sanctę Crucis aſſeruata Videlicet.

Chriſtianarum inſtitutionum liber vnus ad Braccium Martellium in quadraginta capita diſtinctus, pulcherrimiſque titulis inſcriptus. Videlicet.

De excellentia conditionis humanæ.

De diuinis operibus.

De lapſu hominis. Pręfatio incipit. *Cæperam amātiſſime Bracci.*

Pręterea edidit librum prænotatum de quibuſdam Aſtrologorum patui pendendis inditijs. & de incantationibus, ac diuinationibus nullo modo ferendis ad vniuerſos, & ſingulos inquiſitores hereticæ prauitatis, & exordium eſt.

Cogitanti mihi quanta felicitate.

Rurſus dictauit tractatum inſcriptum bręuiloquium, de epidimia ad Petrum Coſmi filium. *Charitatem.*

Item de inſenſata cura mortalium, ad illuſos huius vitæ amatores & ibi proponit decem illuſiones. & incipit.

Cum quotidie mecum cogito.

Item tractatus de floccipendendo vulgo, & comptemnendis eius ineptiis & de quidditate fortunæ.

Rurſus extant eiuſdem nonnullæ epiſtolæ congratulatoriæ ad Sixtum, & Petrum Medicem, & incipiunt.

Fæliciſſime Paſtor.

Præterea eiuſdem habentur quædam orationes omni lepore refertæ coram Summis Pontificibus. & incipiunt. *tibi gratum &c.*

Clarus habitus eſt tempore Eugenij, & Sixti apud quos in maximo vixit prętio.

FRAN-

FRANCISCVS Caſtilonius Sancti Laurentij de Florentia Canonicus, religione, & ſcientia venerabilis, & in explicandis Sanctorum geſtis eximius, edidit quaſdam diuorum vitas. Videlicet.

Vitã Sancti Vincentij ordinis prædicatorũ. *Beatus Vincentius.*

Vitam Sancti Petri Martiris. *Veterem Reuerendiſsime Pater.*

Vitam Sancti Thomæ Aquinatis. *Beatus Thomas.*

Martirium Antonianum. ſcilicet Sancti Antonini diſpipuli. Archipreſulis Antonini Florẽtini. *Cũ pro tua ſingulari virtute.*

Vitam Archiepiſcopi Antonini Florentini. *Antoninus Florentiam vrbe.*

Sermonem in vitam Sancti Marci Papæ in quo explicat dignitatem venerabilis templi Sancti Laurentij, & quomodo ibi innumerabiles penè Sanctorum reliquiæ reconditæ ſunt. *Scriptum eſt cariſsimi fratres.* Horum autem omnium Archetipon eſt apud Bibliothecam Abbatiæ Florentinæ.

Rurſus eiuſdem extant expoſitiones quædam (Authore Marſilio Ficino in primo Epiſtolarum) circa Dauidis prophetę miſteria, quas ſummis pręconijs exaltans idem Ficinus ita ſcribit. *Cupio exclamare Franciſce, Deus Dauidem reperit virum ſecundum cor ſuum reperijſſe, ſed vbi adulationis ſuſpicamur opinionem innuere præſtat quam explicare. Vale Mars: Fic.*

Eiuſdem Authoris extat vita Domini Orlandi Bonardi Archiepiſcopi Florentini per modum epiſtolæ, & incipit. *Franciſcus Caſtilion.*

Vita Chriſtophori Archipresb. Bono. *Nunc quod in prima exortatione.*

Clarus autem habitus eſt. 1470.

FRANCISCVS Berlingherius Nicolai filius, Poeta venuſtiſſimus, & Geographus peritiſsimus, vt vtrumquè ſibi à natura datum oſtenderet, ſex libros Geographiæ carmine admodum eleganter conſcriptos euigilauit. In quorum laudem apologum ſcribit Ficinus in tertio epiſtolarum ad Federicũ Vrbini Ducem.

Quem Iuppiter omnipotens orbis totius dominus ad terreni orbis imperij procreauit, quem Pallas, Mercuriuſque Iouis filij iam diu tanto fecere imperij dignum. Huic & Achademia horum cultrix nimium Platonicam terreni regni formam non iniuria dicat. Huic & Academicus Berlingherius noſter vniuerſam orbis terreniquè figuram eo largitur tempore, quo Reſpublicæ, Duceſque, & Reges, iterum, atque iterum tùm Palladis haſtam, tum Erculis clauem conceditur fælicibus

auſpicij

auſpicij potentem belli Italici Dominam, ac dum pleriquè potentes Federico Duci ſemper inuicto Italiam bello parere volunt, interim & Academia, & Academicus eidem tam pace, quàm bello totum ſubijcit orbem. Vale Mars: ſic. Horum autem librorum initium eſt. *Di già l'auriga di Titan' adorno.* Emicuit. 1480. quem Vgolinus in ſecundo de illuſtratione vrbis Florentinæ hoc carmine cohoneſtatus eſt. Videlicet.

Carmine quoque hetruſco pinxit Berlingherius orbem.

FRANCISCVS Puccius Politiani auditor, vir omnigena ſciẽtiarum doctrina præditus, ſed in primis politioribus literis, humanis Græcis, & Latinis ſingulariter ornatus, quas publicè magna celebritate, & gloria. Neapoli iuuentutem docuit; cuius ſtilus (teſte Politiano) iugiter extitit Latinus, caſtus, cultus, facilis, profluens, & numeroſus. Multa ex proprio ingenio elaborauit, & metro, & proſa & nonnulla è Græco turbine conuertit, quæ cum ad libitum perpolire non valuiſſet in hominum manus peruenire non permiſit. affirmat tamen Ficinus, in nono libro epiſtolarum, huius viri tres orationes legendas ſibi ab Andrea Cambino miſſas fuiſſe. in quarum laudem hæc ſcribit.

Ego verò in orationibus præ cæteris hæc ipſa deſidero, argutos quidem ſenſus, interim non obſcuros: copiam quoque minimè ſuperuacaneam, breuitatem etiam non mancham ille quidem, ſed integram, & interea moderatam, proprietatem denique elegantiamquè verborum, ac ſi fieri poſſet miram pictoris induſtriam, quæ rem ipſam oculis afferat. Cum igitur hæc omnia in orationibus neceſſarij tui Franciſci re vera perſpexerim, nimirum me mirificè delectarunt. Quare & tibi compater, atque illi ingentes gratias ago. Vale. M. F. Clarus autem habitus eſt. 1490.

FRANCISCVS Pepius iuris tùm Cęſarei, tùm Pontificij peritiſſimus, cæterarumquè bonarum literarum non ignarus, qui publicè Piſis legum ſecreta interpretatus eſt: Inter cætera, quæ teſtatus, extat copioſa, & vtilis repetitio authen. Pręterea. C. vnde vir, & vxor.

Claruit circa annos Chriſtianæ ſalutis. 1494.

FRANCISCVS Pandulphinus ſua tempeſtate inter cæteros mortales conſilio, moribus, politioribuſque literis eminentiſſimus, qui ſua animi ſententia ſana dum Reſpublica, aut bello, aut inſultu præmeretur anguſtiæ, & neceſſitati ſemper occurrit.

Vt hiſtoricus perfectus Latino, & eleganti, & fideli eloquio Florentinas hiſtorias dictauit.

FRANCISCVS Caſtellanus vt poeta venuſtiſsimus, & glorioſiſſimus venuſtiſsima religioſaquè carmina dictauit in laudem Saluatoris noſtri. Beatiſſimæ virginis, Sanctorum, ac Sanctarum Dei. Euangelia inſuper quæ tempore ſacri ieiunij pronunciari ſolent, ſic nobiliſſimis, & dulciſſimis exarauit carminibus, vt in Eccleſiis maxima populorum frequentia decãtari commeruerint.

Dictauit quin etiam ſingula capitula in laudem mortis ad eius memoriam pientiſſimam peccatum reuocantia, quæ in Cemeterio Sanctæ Mariæ nouæ iuxta cadauera appenſa conſpiciuntur. Clarus vixit. 1500.

FRANCISCVS Albertinus Presbyter venerabilis iuris Pontificij Doctor inſignis, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & ſingulariter eruditus, in vtraque Thęologia ſufficienter doctus, & tandem in enodandis antiquitatibus admodum celebris. Accuratè, & ſatis eleganter conſcripſit quæ ſubiecta feruntur.

De Roma veteri, & noua ad Iulium ſecundum Pontificem maximum. & incipit. Conſuetudo mea in amicos.

De ſtationibus vrbis.

De modo rectè viuendi.

De Confeſſione.

De Sacramento.

De ſignificatione, & expoſitione arboris Palmæ ad Dominicum Viterbienſem.

De Muſica.

Et expoſitio ſuper orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam.

Edidit etiam Epitaphiorum antiquorum opuſculum.

Emicuit 1500. in cuius laudem Andreas Fulcrius Pręneſtinus hæc cecinit.

Brutis, ac Decijs, & quantum Romana Camillo,
Marcello, & Fabijs debuit ante ſuis
Albertine tibi, tantum Romana vetuſtas
Debet, vt ad ſuperos ſemiſepulta redijt.
Munere nanquè tuo monumenta, & ſigna Priorum
Resquè renuiſcunt, & loca ducta ſitu.
Singulaquè Cous ſi depinxiſſet Apelles.

Non

Non eſſent titulis tam manifeſta ſuis.

FRANCISCVS Thommæ ordinis prædicatorum cænobita illuſtris,in humanis, & diuinis literis valdè eruditus,Philoſophia peripatetica admodum imbutus,& in declamandis ad populum ſermonibus Euangelicis ſingularis, qui Græcam linguam ita calluit,vt ab omnibus Græcus appellari dignus eſſet.

In primis teſtatus eſt literarum hæredibus.

Commentaria in Porphyrij vniuerſalia.

Rurſus comentaria in libros poſterioriſticos Ariſtotelis.

Edidit quin etiam Quadrageſimale pro concionatoribus.

E Græco verò in Latinum conuertit Cyrilli Homelias in Eſaiam Prophetam & quædam alia quæ omnia in Bibliotheca venerabilis cænobij Sanctę Mariæ Nouellæ cuius erat filius aſſeruantur.Humanis autem ceſſit Floren. 18. Aprilis Ann. Chriſtianæ ſal. 1514. & in ædibus eiuſdem monaſterij reconditus eſt cùm cæteris Patribus.

FRANCISCVS Caligarius vel Pelacanius omnium mathematicorum rariſſimorum excellentiſsimus,quam nobiliſſimam artem publicè omnium admiratione ediſſerens nobili artificio, & vno ictu multos numeros accumulari præmonſtrabat.

Edidit inter cætera librum Arcibra inſcriptum. & alterum Pratica d'Arithmetica attitulatum , in tredecim libros diſtributum ad Iulium Medicen. PoſteaClementem ſeptimum.& incipit *Hauendo in queſto*. Claruit. 1515.

FRANCVS Sacchettus comicus nobiliſſimus, & hiſtoricus illuſtris trecentum nouitates dictauit,eaſquè argutis verbis exquiſitiſquè ſententijs excoluit.

FRANCISCVS Cathaneus Diacetius Zenobij filius , magni Ficini auditor , Philoſophus , Platonicus præſtantiſſimus , & eloquentiſſimus orator , qui poſt ſui præceptoris deſiderium Platonicæ doctrinæ abditiſſima ſecreta incredibili omnium admiratione interpretatus eſt:ad quod ſanè munus egregium (Authore eodem Ficino) à natura progenitus , & formatus videbatur,vt ſcilicet illuminaret animos , & inflammaret bonorum voluntates amoréquè Platonico eorum mentes ſuccenderet. Ciceroniana eloquentia hæc omni veneratione digna in lucem miſit.

De Pulchro. lib. 3. Per ſe bonum.

De amore. ad Bindaccium Ricaſulanum. lib. 3. Nuper Panegyricum.

Panegyricus ad Ioannem Corſium, & Pallantem Oric. Nihil pulchritudine.

In Politicum Platonis, & Paraphraſis, Diuinus Plato.

In Platonis Sympoſium enarratio ad Clementem ſeptimum. Antequàm Symponj.

In Ariſt. libros 42. de Cœlo Paraphraſis ad Leonem decimum Ariſtoteles in eo opere.

In Ariſt. lib. de moribus pręfatio. Peruetus mos eſt.

In Ariſt. Metheorologica Paraphraſis. De piis canonis noſtrę.

In theagenem Platonis ſiue de ſapientia Paraphraſis. Ariſt. in ſexto.

Oratio in funere Laurentij Medices. Non poſſum non.

Epiſtolæ variæ.

Commentum ſuper libr. Plotini de eſſentia animæ.

Interpretatio in illa Boetij carmina quorum initium. Tu triplicis.

Et alia complura edidit vir iſte, qui natus eſt Florentiæ. 1466. die 16. nouem: fato autem functus eſt. 1522. & in Baſilica auguſtiſſima Sanctæ Crucis apud maiores ſuos humatus, poſt ſe tredecim filios, plurimoſquè auditores doctiſsimos relinquens, cuius funus elegantiſſima oratione cohoneſtauit Benedictus Varchius, & Euphroſynus Lapinus ipſius vitam eloquentiſſimè deſcripſit.

FRANCISCVS Soderinus vtriuſquè iuris doctor conſultiſſimus, qui publicè Piſis ius tùm Cęſareum, tùm Pontificium incredibili auditorum frequentia, & admiratione interpretatus eſt. Decio laudatiſſimo concurrente, ob eius inſignes virtutes & animi dotes ab Alexandro ſexto pręsbiter Cardinalis tituli Sanctę Suſannæ, Epiſcopuſquè Volaterranus deſignatus eſt, & deinde Epiſcopus Sabinenſis, & tandem Præneſtinus, Portuenſis, Hoſtienſis, & ſacri collegij decanus affectus. Complura notitia digniſſima Decretorum Difficultates explicantia dictauit, quæ manu ſcripta circumferuntur. Diem obijt Romæ 1524. cuius corpus conquieſcit in Baſilica Sanctæ Mariæ de Populo.

FRANCISCVS Ceius vir ſingularis doctrinæ, & Poeta venuſtiſſimus. complura ſuæ ipſius eximiæ virtutis teſtimonia poſteris tranſmiſit, inter quę apud Bibliothecam Gaddiam commorantia

morantia ad manus venerunt opuſcula quædam in quibus conſcripta habentur capitula nonnulla elegantiſſimis carminibus concinnata.

Eiuſdem extant Canzonę, ac Sonetti complures. Huius verò operis initium ſic ſe habet. *In duo penſieri mie mente ſi diuide.*

FRANCISCVS Priſcianenſis bonarum litterarum, & Græcè admodum eruditus, poſteris teſtatus patrio eloquio regulas grammaticales, quibus ſimul, & ſemel ſe & Græcas, & Latinas, & patrias literas optimè callere ſatis apertè declarat.

Præterea aliud edidit volumen inſcriptum *Reggimento delle corte.*

Rurſus emiſit librum prænotatum. De primi principij *della lingua Romana.* ad Franciſcum primum Gallorum regem. His omnibus accedunt tractatus quorum titulus eſt, *L'altezza dello ſtato delle corti.*

Il precipitio de cortigiani.

Il premio de fideli cortigiani. Enituit. 1540.

FRANCISCVS Philippolus exacta diligentia è Latino in maternum ſermonem conuertit *Commentaria Galeazzij.* & initium eſt. *tra tutti quelli.*

FRANCISCVS Berna cathedralis Florentinæ Canonicus venerabilis, Poeta perfacetus nunquam ſatis laudatus, ditiſſima, ac venuſtiſſima vena in edendis verſibus hetruſcis præditus. Multa milia carmina ſumma iucunditate ab vniuerſis recepta elegātiſsimè cecinit, inter quę cum nōnulla iuuenilia emiſiſſet, quę piorum aures inficiebantur, propterea in primo indice eiuſcemodi labores reprobati fuere. floruit. 1540.

FRANCISCVS Guicciardinus vir ſigulari eruditione, atquè percelebri conſilio præditus & in vtroquè iure peritiſſimus, qui vtrum magis ad ciuitates, & prouincias gubernādas ſua prudentia moderandas, an ad hiſtorias nobili, & ornato ſtilo conſcribendas à natura progenitus eſſet, difficile eſt iudicare: cum totam ferè Galliam togatam, & Bononiam ſub Leone, & Clemente PP. MM. prudentiſſimè adminiſtrauerit, & ſui temporis ſingula geſta hominum memoriæ, elegantiſſimè, & ſi vulgari lingua, conſignaſſet.

Euigilauit vt dictum eſt idiomate proprio. Hiſtorias ęgregias. Præterea tractatum publicè commoditati donauit prenotatum

aurei auertimenti, dignum profectò tanto titulo.

Obijt vir iſte præclarus, in quo nec arma togæ, nec toga armis cedebat, Florentiæ & in ædibus ſanctæ Felicitatis apud ſuos maiores humatus eſt.

FRANCISCVS Verinus primus tanto optimarum ſcientiarum lumine exornatus, vt ſuo ingenti, ac micantiſſimo ſplendore Academiam Piſanã quaſi cœlum, fulgentibus ſtellis, exornare videretur, quippe qui in ea quadraginta annis Philoſophiæ archana incredibili audientium vtilitate illuſtrauit, quin potius tanta morum probitate excultus, vt probitas cum ſcientia in ipſo ſemper certarent, cum iugiter natura generoſiſſimus, opera officioſiſſimus, & animi ingenuitate probatiſſimus ſemper extiterit. Hæc monumenta poſteris donauit.

Expoſitionem ſatis claram ſuper octo libros de Phyſica audientia.

Super tres libros de anima.

Super 4. de Cælo.

Super decem Ethicorum.

Super duodecim Metaph.

Expoſitio paraphraſtica in canticum Guidonis.

Quædam alia illuſtrantia locos nonnullos obſcuros in purgatorio Danthis, quæ omnia aſſeruantur apud Franciſcum Verinum iuniorem, qui modo Philoſophiam Piſis profitetur.

Fato ceſsit Florentiæ 1551. in ædibuſquè Sancti Spiritus reconditus eſt, quem Coſm. Med. Sereniſſ. publicis exequijs cohoneſtandum curauit. & Io. Strozza laudatione funebri eum celebrauit.

FRANCISCVS Bocchius vir in humanis, ac politioribus literis apprimè eruditus ſuæ virtutes teſtes perpetuos poſteris, tranſmittens. Opuſculum ęgregia ſanè laude dignum in lucem miſit hoc titulo prænotatum.

A chi de maggior' guerrieri che inſin' à queſto tempo ſono ſtati. Se della maggioranza attribuiſce.

Inſuper è latino in maternum ſermonem conuertit orationem Petri Victorij in obitu Sereniſſimi Coſmi Med. viuit adhuc 1575.

FRANCISCVS Aiollæ muſicus nunquàm ſatis laudatus poſteris tranſmiſit, madrigales, ab cæteris muſicę artis peritiſ-

ſimis,

ſimis iocundiſſimè exceptos. in pretio vixit apud Gallos 1530.

FRANCISCVS Corteccia Sancti Laurentij canonicus venerabilis, & muſicæ alumnus dulciſſimus, quippe qui & organiſta inſignis, & muſicus præcipuus euaſit, à Sereniſsimo Coſmo Etruriæ magno Duce capellæ vt optimus magiſter præpoſitus; cui ſumma equidem laude triginta ferè annis pręfuit. Elaborauit adhuc iuuenis madrigales non nullos, eximia iucunditate refertos, motettis inſuper & alia id generis, quæ in ſolemnibus diebus decantari ſolent. Et tandem ſenex in lucem miſit reſponſoria, ac lectiones ebdomadæ ſanctę. Diem obiit Florent. 1571. menſe Maij. in ædibus Sancti Laurentij eius corpus requieſcit.

FRANCISCVS Cathaneus Diacettius cathedralis Eccleſiæ Florentinæ Canonicus, Prothonotarius Apoſtolicus, Fæſularum pręſul pientiſsimus, vtriuſque iuris doctor, ſacrarum ſcripturarum profundisſimus indagator, & vir deniquè qui ſic probatiſsimos mores pietatem & Religionem cum bonis literis coniunxit, vt vnus inter paucos doceret artes ſine moribus, & mores ſine literis non prodeſſe.

Euigilauit idiomate materno Homilias de Spiritu ſancto.

Examcron diui Ambroſij Mediolanenſis.

Inſuper vitam Domini noſtri, & mortem in duos tomos diſtinctam ad Reuerendiſsimum Michaelem Bonellum Cardinalem Ampliſsimum.

Præterea vitam Sanctiſsimæ virginis ad Sereniſsimum Coſmum primo, Floren. impreſſam 1570. incipit, *naturale e neceſſaria coſa è al'huomo.*

Inſuper vitam Beati Dominici.

Epiſtolas, & euang. totius anni in vulgus dedit.

Diſcurſus ſuper Concilium Tridentinum.

Tractatus de ſuperſtitione artis magicæ. Vitaſquè nonnullorum Epiſcoporum Ciuitatis Feſulanæ dictauit.

Viuit adhuc 1575. & quotidie excogitat, quę poſteritati tranſmittat.

FRANCISCVS Verinus iunior ſecundus, Dialecticæ Philoſophiæ, & medicinæ ſingulare ornamentum in mundum datus, vt harum ſcientiarum abdita panderet, & vt Academiam Piſanam ſua doctrina quaſi cœlum ſtellis exornaret edidit.

Comentarios ſuper libros de interpretatione cum queſtioni-

bus ad Federicum Strozzam.

Libros duos de regulis demonſtrationis,& methodis tractandarum doctrinarum.

Expoſitionem, & quæſtiones ſuper primum Ethicorum.

Tractatum de intelligentiis ad Coſ. Med.

Expoſitiones, & quæſtiones ſuper tres libros de anima ad eundem.

Epilogum ſuper vniuerſum negocium animaſticum.

Quæſtiones ſuper libros de anima ad Dom. Mellinum.

Commentum ſupercanticum Guidi Caual.idiomate patrio elaboratum,& in Academia Florentina abſolutum.

Præterea eodem idiomate libellum inſcriptum. *Diſcorſi di Maeſtro Franceſco de Vieri cognominato il Verino, del ſoggetto, del numero, del vſo, della dignità & ordine delli habiti del'animo.* ad illuſtriſſimum Franciſcum Medicen. incipit autem. *Eſſendo Illuſtriſsimo.*

Rurſus tractatum attitulatum *della nobiltà*, in tres partes diſtributum, typiſquè primo Flor. excuſſum. 1574. ad Illuſtriſſimam Heleonoram Tolletanam Medicen. Incipit. *Tre ſono l'argomentationi.* Et alia multa. Viuit adhuc. 1575.

FRANCISCVS Soldi Strozzæ olim Or. S. B. M. V. F. Vir profeſſione religioſus, ingenio promptus, eloquio compoſitus, in omnibus humanis doctrinis egregiè doctus, triplici lingua optimè excultus, materna nempè Latina, & Græca, cuius eximiæ virtutes commeruerunt vt Secretarij munus impleret apud Illuſtriſſimum Oratorem inuictiſsimi Maximiliani Imperatoris in Romana Curia. Hæc lucidè, ſincerè, & ſelectè ex Græco turbine in maternum tranſtulit idioma. Hiſtoriam Thucidydis de bello inter Athenienſes & Peloponeſiacos ad magnum Coſmum Etruriæ Ducem. & exordium eſt.

Item hiſtoriam Xenophontis de rebus græcanicis quæ ſequitur Thucidydis hiſtoriam ad eundem Sereniſſimum Coſmum magnum Hetruriæ Ducem.

Rurſus hiſtoriam eiuſdem Xenophontis, de expeditione Ciri minoris, & hanc dicauit fœliciſſimæ memoriæ Ioannis Medicis. Exercituum Ducis fortunatiſſimi.

Clarus viuit Romæ. 1572.

FRANCISCVS Bonamicius vir omnigenæ literaturæ opibus affluens, omniumquè ſui temporis ſoluta oratione eloquentiſſimus Rethor, Dialecticus, Philoſophus, & Medicus inſignis,

gnis, ac celeberrimarum Academiarum Florentinæ, & Piſanæ ornamentum, & præſidium perpetuum, quippè qui Florentiæ Danthis, & Petrarcæ cæterorumquè venuſtiſſimorum virorum loca abdita ſummo ſtudio, exactiſſimęquè aperuit.

Piſis verò Dialecticam & Philoſophiam Ariſt. incredibili auditorum frequentia lucidiſſimis commentarijs elucidauit, in quibus ita verum, ac Germanum ſenſum literæ, obſcuriſſimos locos aperuit, & profundiſſimas quæſtiones de medio ſubſtulit, vt nil melius poſſit excogitari. Euigilauit in primis exactiſſimos Commentarios in logicam & Ethicam Ariſtotelis.

Viuit adhuc 1575. doctrina & morum integritate celebris, & ardua Philoſophię explanatione diu noctuque apud Academiam Piſanam perſeuerat.

FRANCISCVS Sanſouinus Iacobi præſtantiſsimi ſculptoris, nec vnquam ſatis laudati Architectoris filius, à natura productus, vt quemadmodum pater in frigidiſsimis marmoribus illuſtriſsimorum virorum imagines latentes elegantiſsimè repræſentaret, & in rudibns lapidibus nobiliſsima ædificia abſcondita mirabili artificio erigeret: ita & ipſe, vt glorioſa facinora clariſsimorum Procerum penè è mortua ad vitam reuocaret, & vt rethoricos colores hinc inde diſperſos in vnum colligeret. Hæc materno ſermone nobiliſsimè, & fœliciſsime extruxit.

Volumen attitulatum *Edifitio del corpo humano.*

Rurſus librum inſcriptum. *Hiſtoria vniuerſale del'origine del' Imperio de Turchi.*

Præterea vitas virorum clariſs. Illuſtriſsimæ familiæ Vrſinæ.

Inſuper tractatum cui titulum fecit. *Lettere miſsiue, & reſpōſiue.*

His accedunt epiſtolæ omni ſuauitate conſperſæ.

Liber prænotatus Arte oratoria. cui alter accedit *la Rethorica.*

Apologiæ quin etiam Landini pro Danthe adiectionem fecit & complura ibi lectu digniſsima annotauit.

Deniquè non nulla volumina emendauit, correxit, & ſuis addictionibus collocupletauit, quæ ſingula cum ſingulis ipſius operibus auidiſsimæ à literatis viris excipiuntur, & lectitantur. Viuit adhuc 1572. vitam agens Venetijs præſtantiora, ſi id fas eſt, aſſerere, poſteritati relicturus.

FORESIVS Rabatta vtriuſquè iuris doctor conſultiſsimus, qui apud legis peritos ſui temporis tantùm authoritatis pondus obtinuit vt quicunque teſtimonio eius refragari auderet, ſta-

tim

rans,vel ingnorantiæ ſuſpitione in iuris prudentiæ ſcientiæ notaretur. Complura lectu dignisſima prænotauit iuriſconſultibus notisſima. Vir iſte ægregia certè laudè dignus à cantatisſimo, certè Ioanne Boccaccio in ſuis nouitatibus celebratur. Emicuit. 1330.

G

GABRIEL Landinus Chriſtophori Landini Patruelis, Poeta clarisſimus,& hiſtoricus ſingularis,multa accuratè, & doctè conſcripſit: & inter cætera odas quaſdam in diuorum Auguſtini, Ambroſij,& Hieronimi laudem. Bellum quin etiam Piſanum heroicis verſibus aggreſſus eſt,vt annotauit Chriſtophorus ſuper Danthem. At inmatura mors finem imponere vetuit.

Iuuenis ergo diem obijt Florentiæ. 1430.

GABRIEL Simoneus in humanis literis longo ſtudio exercitatus,Philoſophus non indoctus , ſed Conographus peritisſimus.conſcripſit plura clara opera , quibus nomen ſuum longè lateque diuulgauit,è quibus extant ſubiecta.

Opus celeberrimum Italo idiomate æditum prænotatum, *Tetrarchia di Venetia, di Milano,di Mantoua.& di Ferrara*,ad Sereniſſimum Donatum Venetiarum. Ducem in cuius exordium.

Durisſima conditione è certo.

Rurſus libellum dictauit,cui titulum fecit. *Le tre parti del cāpo.*

Præterea compoſuit librum inſcriptum. *Illuſtratione delli Epitaffi & medaglie, con le ſue interpretationi.* Ad Illuſtrisſimum Alphonſium Ferrarię Ducem.

Typis etiam excudendum curauit libellum hoc titulo inſcriptum.

Oſſeruationi militari.

Rurſus Gallica lingua nobilisſima exordia , atque Gallicas genealogias in lucem miſit, & tandem Satiras non nullas in quibus Bernam imitatur. Et viuit adhuc. 1572.

GEORGIVS Benignus Saluiatus minoritanus,vir in ſecularibus literis nobiliter doctus & in diuinis valdè eruditus ingenio ſubtilis,& eloquio nitidus : plura ſua eximij ingenij teſtimonia poſteritati tranſmiſit,quorum potisſima ſunt hæc.

Dogmata Dialectica.lib. I.

Opus de natura Angelica in nouem libros diſtributum , in quibus

quibus dialogorũ morem inſequutus: Singula etiam abditiſsima ad naturam Angelica abditiſsima ad naturam Angelicam ſpectantia ſubtiliſsimè pandit. Emicuit autem tempore Magnifici Coſmi in eius verò laudem hæc cecinit Damianus Beneſius.

Ecce quod externus ſcotus fuit ille Britannis
Doctus, quod mauris, Aurelius vi ſuis
Quodquè Damaltius ardens Hyeronimus vndis
Quod Senonum populis Ambroſiusquè pijs
Illud idem nobis nunc tu veneranda Georgi.
Illyrici fateor gloria magna ſoli
Intima perpetui tibi, nam ſecreta tonantis
Et datur Angelicos cernere mente choros
Tu bonus, illuſtris, ſapiensquè, grauiſquè benignus
Dictus es, & noſtræ tempore vbiquè pius
Tuquè fluentina cantatus in vrbe fuiſti
Te ſimilis laurus Coſmi amauit aui
Defuit ergo nihil quod poſſet habere viator.
Quæ data ſunt viuis, omnia parata tibi.

Claruit. 1480.

GEORGIVS Dathius literaturæ politiori excultus, è Latino in maternum ſermonem conuertit, ſincerè, ſingulari ſtudico diligentia, & labore Cornelium Tacitum, ipſiuſquè arduum, ac perdifficilè opus dilucidauit, & penè ex inferis ad lucem reuocauit, quem poſt eius mortem typis excudendum curarunt Bibliopolę iunctæ & ad Sereniſsimum Coſmum Hetruriæ magnum Ducem attitularunt. 1565. Claruit anno. 1550.

GINVS Capponius ciuis nobiliſsimus, atquè ſuis temporibus hiſtoricus non vulgaris, Atrociſsimum Piſarum bellum poſteris conſecrauit. Claruit. 1420.

GREGORIVS Dathius Leonardi poetæ frater, & ipſe vates ſingularis, hiſtoricus procelebris, Mathematicus inſignis, & Aſtrologus ęgregius: literis conſignauit ſui temporis hiſtoriam, Dialogorum compilatores imitatus, & plura alia vt teſtatur à Verino in ſecundo de illuſtratione vrbis Florentinæ his carminibus.

Sanguine quin frater Leonardi horus, & arte
Lictoreas, cecinit Tyrrhenis verſibus oras.
Portorumquè ſinus ęlementa, & ſidera cęli.

Rurſus in tertio libro idem hæc habet Verinus.
Ex hac ſtirpe horus, qui litora cuncta notauit
Carminibus patrijs cœlum depinxit, & aſtra.
Clarus habitus eſt. 1470.

GREGORIVS Marſuppinus vir conſularis grauiſſimus, vtriuſquè iuris doctor conſultiſsimus, cuius doctrina eximia, & exacta prudentia Gallici Regis ſecreta intima cognoſcere, & Ianuenſis vrbis regimen ſuſcipere promeruit

Quædam non ſpernenda edidit, quæ ad notitiam non venerunt. Obijt Floren. & in ędibus Sanctæ Crucis tumulo marmoreo cohoneſtatus eſt, hanc habente inſcriptionem.

Gregorio Marſuppino ciuilis, Pontificijque iuris conſultiſsimo, & qui Gallici Regis ſecretarius Ianuenſium Vrbem iuſtè, prudenterquè multos annos præfectus rexerat. Ioannes filius parenti optimo poſteriſquè faciundum curauit. Vitam vixit anno 90. menſ. 3. dies 12.

GRATIANVS Eremitani inſtituti profeſſor ſacrarum literarum, & Philoſophiæ Doctor eximius, ſcripſit ſuper ſententiarum libros ſubtiliſſimas quæſtiones, vt in quibuſdam membraculis Flor. in Bibliotheca ſancti Spiritus aſſeruatis animaduertitur. Enituit. 1431.

GVIDO Guinicellius, eques auratus, poetarum hetruſco carmine facilè princeps, & Danthis præceptor, plura edidit, quibus ſui nominis acumen expleuit. Sed ſingula temporis diuturnitas aboleuit. Floruit in maximo prætio. ann. Chriſtianæ ſalutis. 1220. cuius meminit Danthes in cantu 26. ſecundæ canticæ.

Farotti ben' di me volere ſciemo
Son Guido guinicelli, è già mi purgo
Par' ben' dolermi prima ch' a lo eſtremo.
Qual' nella triſtitia di Licurgo
Si fere due figli à riuedere le madri
Tal' mi fece ò, ma non à tanto inſurgo.
Quand' i vidi nomare ſe ſteſſo il padre
Mio, è degl' altri miei miglior che mai
Rime d' Amor vſar dolci e leggiadre.

GVIDO Bonattius (perperam à quibuſdam Donatus) qui cum exulabundus vitam ageret (teſte Landino) Forli-

uienſis

uienſis voluit apellari. Aſtrologus in ſyderalibus diſciplinis vniuerſo occidenti notiſsimus, cui adeò in ea facultate aperta fuerunt omnia quod nihil apud eam illi fuerit incognitum. ob quam rem Illuſtriſſimus Guido de Monte Feltro ſine conſilio tanti uiri caſtra mouere contra inimicos nequaquam auſus fuiſſet. Annotauit nonnulla Aſtrologiæ valde vtilia.

Edidit quin etiam (Authore Andrea Tiraquellio) tractatum de proiectione partium. Senex tandem factus, penitentiaquè ductus, ſecutoquè vate dicens. Ingreſſus eſt ordinem fratrum minorum, vitamquè cum alijs hoſtiatim non erubuit. Emicuit. 1240. Danthes tamen huius meminit in ſecundo cantu primæ canticæ, non quidem vt detrahat de tanto viro, ſed vt innuat eos, qui artibus magicis, vel iudiciariæ aſtrologiæ operam nauant, æterno ſuplicio puniendos eſſe, inquit ergo.

Viddi Guido Bonatti, viddi Ardente.

Vgolinus autem in ſecundo de illuſtratione Vrbis

Hoc tantum carmen in eius laudem annotauit.

Clarus, & Aſtronomus Guido de ſtirpe Bonatti.

GVIDO Caluacanthius Domini Caluachantis filius, Philoſophus præſtantiſsimus, in artibus liberalibus valdè eruditus, & vates ſingularis, qui offenſam eloquentiæ caliginem diſcuſſit, & quæ ſua tempeſtate ſcabra, & fęda, hiantia, barbaraquè erant, expolire ſummopere nixus eſt.

In primis regulas, vernacula lingua rectè ſcribendi, & dictandi compoſuit.

Præterea, (teſte Andrea Tiraquellio) practicam in chirurgiam admodum commendatam elaborauit.

Rurſus plurimas Canzonas, & Odas euigilauit : quarum potiſsima ea eſt, quæ noſtris his temporibus, à Paulo Roſsio, pleriſquè alijs eruditiſsimis viris commentarijs elegantiſsimis illuſtrata eſt, quinimo in eius laudem libri affecti ſunt. cuius initium. *Donna mi prega.*

Vir iſte Authore Leonardo Aretino in quarto libro ſuæ hiſtoriæ, cum Blancorum partem inſequeretur à prioribus artium in exilium miſſus eſt. tandem in patriam reuocatus. Diem obijt. 1300.

GVIDO Orlandius poeta venuſtiſs. multa poſteritati tranſmiſit, ſed inter cætera Sonettus ille tanti nominis in quo quærit argutè à Guido Caluachantio quid ſit Amor. & initium

eſt.

eſt. *Onde ſi muoue, & d'onde naſce Amore.* Clarus habitus eſt. 1400.

GVIDO Antonius Adimarius, Cathedralis Eccleſiæ Floren. Canonicus venerabilis, vir in diuinis ſcripturis eruditus, Ariſtotelicæ Philoſophiæ non ignarus, ac politioris literaturæ valde peritus, inter multa ingenij ſui opera edidit tractatum de ieiunio, quem habuit apud Moniales ſacras Sancti Iuliani, quarum tutor & cuſtos extiterat, & exordium eſt. *Se nel gouerno temporale del Monaſterio.* Obijt Floren. 1568. & in Cathedrali Florentina, eius oſſa conquieſcunt.

GVILIELMVS Becchius Eremitani inſtituti profeſſor, vir tùm in humanis, tùm in diuinis literis egregiè doctus, rethor facundus, Philoſophus percelebris, Theologus inſignis, concionator eximius, in aſſiduis vigiliis grauiſſimisquè legendi, docendi, ſcribendi, declamandi, & diſputandi laboribus indefexus; qui ob inſignes animi charites Præſul generalis totius Religionis Diui Auguſtini promeruit acclamari, & deinde Feſulanæ Eccleſiæ Epiſcopus conſtitui.

Conſcripſit quædam præclara opera, quibus memoriam ſui poſteris commendauit. è quibus, hæc in Bibliotheca Eccleſiæ Florentinæ, & venerabilis monaſterij Sancti Spiritus, cuius erat alumnus aſſeruata conſpiciuntur. Videlicet.

Commentarij in decem Ethicorum Ariſt. libros. & incipiunt *Moralem Philoſophiam tripartitam.*

Commentarij in libros Economicorum eiuſdem Ariſt. ad Regem Neapolim, & eorum exordium eſt. *Poſt Ariſt. Ethicorum libros.*

Commentarij in libros Politicorum, quorum initium eſt. *Quemadmodum in prioribus commentarijs.*

Rurſus commentarij ſuper tres libros de Anima.

Item interpretatio ſuper primum Sententiarum & incipit. *Dubitatur an Deus.*

Inſuper abreuiatio primi Sententiarum Auguſtini de Roma. cuius exordium.

Cum Doctoris clariſſimi de Roma.

Præterea dubitationes de poteſtate Eccleſiaſtica. & incipit. *Dubitatur primo.*

His omnibus accedunt Quæſtiones itinerariæ habitæ dum eſ-

ſet

ſet generalis præſul, Dumque Religionem inuiſeret, & earum initium.

Quoniam plures Philoſophi, ac Platonici.

Supplementum verò Chronicarum his laboribus eximijſſe addit.

Librum de poteſtate Pontificis.

Librum de lege Maumethana

Et Apologiam pro ſua Religione.

Diem clauſit extremum Floré. 1480. & in Capitulo Monaſterij Sancti Spiritus in ſepulchro marmoreo, quod adhuc viſitur eius cineres reconditi ſunt, hac inſcriptione.

Hic iacet ven. Mag. Guilielmus Becchius Gen. Ord. deinde Epiſco: Fęſulanus Ann. D. 1400.

GVILIELMVS Martellus Petri filius Poetica arte copioſè imbutus, optimorumquè Vatum incomparabilis imitator, adhuc iuuenis complura poemata iucundiſsimè materno ſermone cecinit. librum enim octonarijs rimis digeſtum iucundiſſimè, & argutè decantatum in lucem miſit eiquè, titulum fecit Rodomonte. Inſuper vt optimus Vates, & poeticá corona dignus carmina complura eximia doctrina, ac ſuauitate referta in laudem Lauri Mineruæ conſecrauit ad ęgregium virum Laurentium Rodulfum.

H

HIERONYMVS Ioannis Ordinis Diui Dominici profeſſor, Rethor, Philoſophus & Theologus ſingularis, vbique diuini orator inſignis, qui pluries auditorum incredibili voluptate in Concilio Florentino peroratus eſt, & ob ſuas eximias virtutes Gręciæ Prouincialis, & tandem totius ſui Ordinis Procurator Generalis in Romana curia conſtitutus eſt.

Edidit in primis duo quadrageſimalia,

Deindè quædam ſpectantia ad Grammaticam.

Et tandem librum de Antiphonis compoſuit. Quæ omnià apud Bibliothecam Monaſterij Sanctæ Mariæ Nouellæ, cuius erat alumnus aſſeruantur. Obijt Florentię Die 30. Auguſti. Ann. Chriſtianæ ſal. 1454. 77. annum agens. & in eadem Baſilica apud cæteros Patres humatus eſt.

H.I.E-

HIERONYMVS Riccius latinitati donauit Ficini medici magni Ficini patris librum de peſtilentia italicè ſcriptum floruit.1470.

HIERONYMVS Beniuienius nobilibus parentibus ortus duorum illuſtrium Scriptorum Dominici,ſcilicet, & Antonij frater, & poeta hetruſco carmine clariſsimus, qui ſic inter mortales animi probitate, & ingenij bonitate percelebris emicuit,vt non tantum ab illo toto terrarum orbe cantatiſsimo Ioanne Pico Mirandula arctiſſimè diligi; ſed etiam ſuæ ipſius Odæ ab eodem commendari,promeruerit. Plura immortalitati conſecrauit. & in primis Canticum de Amore inſcriptum, cuius initium. *Amor delle cui mane &c.* quod tribus libris complexus eſt.

De Amore & pulchritudine liber vnus. Ad Franciſcum Mirandulæ & Concordiæ Principem. quod quidem opus fauente muſa elaboratum, & ipſe ſuis ſcholijs enarrauit. & incipit. *Hauendo io già ſon' molt'anni in fra' primi ſudori della mia giouentù.*

Buccholicum carmen eglogis octo diſtributum, cum argumentis eiuſdem. Initium, *Dimmi e ſpetta Philon.* Ad Dominum Iulium Cæſarem Varanum Camerini principem.

Canticum in laudem Danthis. *Già Phebo à reparare l'ardente,* Capitula, Sonetti, Cantica, Odæ, pſalmi, laudes in Chriſti & quorundam ſanctorum laudem, & quædam alia digna tanto viro. qui diem clauſit Florentiæ. 1542. anno ætatis ſuæ. 87. propriumquè corpus ſepeliri curauit cum cineribus Ioannis pici ſibi deuinctiſſimi in templo Sancti Marci. Et hoc epitaphium incidi fecit in eodem marmore in quo inciſum inuiſitur Epitaphium Io. pici. Videlicet.

Hieronymus Beniuienius ne diſiunctus poſt mortem locus oſſa ſepararet, quorum animus iu vita coniunxit amor humo ſuppoſitu poni curauit Obijt. 1542. Anno ætatis ſuæ 89 menſ.6.

Retro verò à pariete aliud Epitaphium inſpicitur.

Io prego Iddio Hieronymo che in pace
Coſi in ciel col Pico tuo congiunto ſià
Come in terra eri,& come il tuo defunto
Corp' hor colle ſagre oſſe ſue qui congiunto.

HIPPOLYTVS Medices Alexandri Medicis primi Florentiæ Ducis frater patruelis, Clementis ſeptimi nepos, ampliſſimo Cardinalatus titulo opulentiſſimiſquè Sacerdotijs, multiſquè opibus inſignis; ſed ingenio & politioriqus litteris illuſtriſ-

luſtriſſimus muſarumq; dulcis alũnus; donauit inter cætera hetruſcis, & elegãtiſſimis carminibus Aeneidarũ librũ ſecũdum. & initiũ eſt. *Tacquerò tutti ad aſcoltar intenti.* Tantus ergo vir in agro Fundano febri peſtilẽte correptus 6. die obiit 15... Iuuenis longè omnium elegantiſſimus, rebuſque, omnibus florentiſſimus, ſcilicet vt inſanij diſcant mortales nullis neque corporis, & ætatis viribus, neque quantumlibet ampliſſimis opibus, neque vitę huius voluptatibus; ſed vni viuo, & vero Deo ſeſe dedere, cum in hac vita tam caduca ſint, & incerta omnia, vt ne puncto quidem temporis certa nobis ſit vſura. Humatus eſt Romæ ingenti populorum concurſu, & doctorum omnium iactura in eccleſia Sanctæ Mariæ in Dominica.

HONVPHRIVS familia Stechutus, profeſſione Eremitanus, officio declamator, & dignitate Epiſcopus Florentinus, vir vndecunquè doctiſſimus, ac omnium literarum eruditione eximius, in quarum cognitione tantum nominis, & gloriæ conſequutus eſt, vt à populo Florentino præſul acclamari, & à Summo Pontifice Bonifacio nono. 1393. approbari promeruerit, Elaborauit authore Iacobo Bergomenſi in Chronicarum ſupplemento, cõmentarios præſtantiſſimos in quatuor Euangeliſtas.

Actus inſuper Apoſtolorum egregiè interprętatus eſt.

Plurimos præterea edidit ſermones ad populum diuerſis in locis, & temporibus elucubratis, Plura denique euigilauit quę deſiderantur. Migrauit autem ad Chriſtum anno Chriſtianæ ſalutis 1405, & in capitulo cœnobij Sancti Spiritus, cuius erat filius, in ſepulchro marmoreo eius cineres reconditi fuere, hac inſcriptione in eodem marmore inciſa. Videlicet.

Hic iacet R. Dom. mag. Fr. Honuphrius, magnus Thæologus Epiſcopus Florentinus ann. D. 1403.

HVBERTINVS Bartholomei Albitij filius, & religione ſancti Dominici, profeſſione Philoſophus, Thęologus, & canoniſta, officio orator, & declamator eccleſiaſticus: dignitate verò Epiſcopus Piſtorienſis. Commentaria non ſpernenda molitus ſuper Mętaphiſicam Ariſt. Obijt 1430. Et in medio Cathedralis Piſtor. eius oſſa conquieſcunt.

HVBERTVS de Bonacurſiis accuratè, ſummaque diligentia ſcripſit de Præludijs cauſarum librum vnum, & de iudiciis nonnulla.

HIPPOLITVS ordinis minorum collegit miracula quædam B. Emilianæ de Circulis, quę in calce eiuſdem Latino eloquio conſcriptę à Ven. P. Antonio de Cortona ex eodem ordine appoſuit. F. 1248.

HYERONIMVS ex congregatione Valliſumbroſanæ monacus Ven. admodum accuratè, ſelectiſquè verbis deſcripſit miracula D. Ioanni Gualberti eiuſdem congregationis inſtitutoris. Et incipit. *Cum non ſolum.* Rurſus vitas Diuorum, & diuarum eiuſdem ordinis annotauit, & ſi breui, attamen fideli ſermone ad Laurentium Med. *Non eſt apud me durum.* Clar. & 80.

I

IACOBVS Paſſauantes Dominicanus, Rethor, philoſophus Thæologus, & declamator euangelicus, qui ob has inſignes virtutes ſui Ordinis progeneralatus dignitatem in Gallia Togata adminiſtrare promeruit. In primis in materno eloquio compoſuit librum typis excuſſum, quod ſpeculum pœnitentiæ intitulatur, & initium ſumit. *Secondo che dice il venerabile Dottore maeſtro Santo Hieronimo.* Item ſuper Diui Auguſtini libros de Ciuitate Dei additiones edidit in Commentarios Thomæ de Valois, quæ commemorat Ludouicus viues. Obijt Florentiæ. 1357. Die 15. Iunij. in Ædibuſque Sanctæ Mariæ Nouellæ reconditus eſt ante capellam maiorem. Sepulchro marmoreo, quod cum pęnè aboletum eſſet, poſt modum inſtauratum fuit 1566.

IACOBVS Soldius Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Virginis profeſſor, philoſophus inſignis, & medicus celeberrimæ opinionis, qui his humanis doctrinis ſacram addere exoptans, diuitias contemnere ſæculum relinquere, atque togam dicti Ordinis ſeruorum recipere non erubuit. In quo quidem ordine non tantum moribus, & vita clarus, ſed etiam in declamandis ad populum ſermonibus ita eruditus euaſit, vt ad remotiſſima loca ad cõcjonandum euocaretur. Scripſit quædam præclara opuſcula, quorum tantum hæc ad manus peruenerunt, Videlicet.

De peſte opus inſigne, cuius exordium eſt. *Cum præſenti anno.*
De Sanitate conſeruanda. *Summo decet ſtudio.*
Sermones in laudem Sanctorum. *Venite poſt me.*
Poſtilla ſuper Euangelia Dominicalia. *Simile eſt regnum.*

Diem

Diem clauſit Floren. 1440. Ann ætatis ſuæ 70. & in Venerabil templo Diuæ Annunciatę apud cęteros Patres repoſitus eſt.

IACOBVS Bracciolinus doctiſſimi Poggij filius, Latinę, grææque linguæ peritiſſimus, oratoriæ artis clariſſimus, & hiſtoriæ diſertiſſimus, ad quem nonnullæ Ficinianę extant epiſtolę, ipſius doctrinam ad ſydera vſque extollentes, paternæque virtutes hęredem appellantes.

In primis è Latino in Italicum ſermonem cõuertit Hiſtoriam Florentinam à patre conſcriptam.

Vitam inſuper Ciri Perſarum Regis à Xenophonte dictatam materno eloquio conſecrauit.

Præterea teſtatus eſt Cométum in Triumphum famæ Petrarcæ ad Laurentium Medicen, & incipit. *Come è opinione Magnifico.* Rurſus geſta Piponis Spani Florentini Latinè deſcripſit & quædam alia: ſed tandem paternæ bonitatis immemor infeliciſſimè interijt. 1478.

IACOBVS Angelicus à natura maximis dotibus decoratus, & naturali quodam inſtinctu ad corporum cœleſtium indagandas proprietates progenitus, hæc naturæ nobiliſſima munera repetens labore non immodico poſteris tranſmittendum curauit Coſmographiam Tholomei, quam diligentiſsimè è gręcis codicibus, & tabulis lineis ex picturæ dimenſione expreſſam Alexandro Quinto dedicauit, quo munere gentium omnium hiſtoriæ ingentem requiſitæ lucis ſplendorem accepiſſe videtur. Huius verò Archetipon in Bibliotheca Abbatiæ Florentinæ aſſeruatur.

Conuertit etiam ex Plutarcho vitam Marci Bruti, vt habetur apud Bibliothecam Franciſcanam Ceſenæ & incipit. *Marci Bruti.* Et Latinius in eius laudem hæc habet.

Et tibi ſtat meriti è tabulis laus, Angele ſummi.
Cum mundo æqualeis ſani habitura dies.
Hinc te perpetuum comitem Teblomius habebit.
Pes, oculuſquè alter cuius & orbis eris.

IACOBVS ex ſeruitarum familia, pater inſignis, dialecticus, philoſophus, & Thęologus refertiſſimus, & prępotens eccleſiaſticus pręco. complura nequaquam ſpernenda huiuſmodi altiſſimis ſcientijs maximè vtilia dictauit. Sed cum à natura videretur progenitus ad poeticam artem extollendam, ob id in rithmis, patriiſque carminibus admodum inſudauit, in quibus apparet ca-

nor ſuauiſsimus,lepor non affectatus,hilaris argutia, candor, & ſenſus grauiſsimus.Dictauit itaque ſonettos complures, capitula in laudem Virginis, Sanctorum, ac Sanctarum Dei, Eglogas, comœdias, & tādem vitam Diui Philippi ſui ordinis inſtauratoris, nobiliſſimis carminibus dictauit, in ſolatium patrum, poſtmodum productam,quæ ſingula manuſcripta hinc inde apud ſui ordinis patres aſſeruantur,eximiaq́ue iucunditate lectitantur. Obijt Floren.ex peſte. 1528.

IACOBVS Nardius, & fortunæ, & animi dotibus pulcherrimè præditus per vniuerſam Italiam,ac cæteras mundi partes ob incredibilem omnium bonarum literarum notitiā clarus: vir perhumanus,affabilis,modeſtus, ac multa veneratione dignus, Philoſophus,hiſtoricus,& vates diſertiſsimus. Conſcripſit plura terſo,limato, ac graui ſtilo,è quibus ſubiecta feruntur. Videlicet.

Vitā Franciſci Ferrucij Ducis inuictiſſimi Florentini exercitus.

Rurſus hiſtorias ſui temporis dictauit.

Præterea Titum Liuium in hetruſcham linguam redegit.

Plurimos verſus etiam elegantiſſimè cecinit, clarus habitus eſt. 1530.&,vt fertur, Venetijs obijt.

IACOBVS Publicius humanarum litterarum peritiſſimus, & politioris literaturæ diligentiſſimus obſeruator,libellum edidit ad Farentinum Hiſpaniæ Ducem,in quo de arte epiſtolandi ſatis excitatè ſermonem habet.

Eiuſdem extat Panegiricus ad eundem Principem.

Pręterea Epitome artis Rethoricæ.& artis memoratiuæ.

IACOBVS Tauanthius ordinis ſeruorum B.M.V. ſacræ thęologiæ doctor,philoſophus ſtudioſiſſimus,atquè Concionator dulciſsimus: Qui ob ſuas animi dotes, non ſolum Academiam Piſanam pluribus annis lectione Thæologica illuſtrare voluit. Sed Generalatus officium ſuæ religionis ſexſennio exercere promeruit. Complura edidit opera, quæ etſi typis excuſſa minimè ſint,nihilotamen minus ab omnibus deſiderantur.

Sermones Quadrageſimales, & de Chriſti Aduentu dictauit quamplurimos. Tractatum de miſterio Miſſę.

Expoſitionem ſuper Pſalmos Dauiticos. Ad Moniales ſui ordinis dicatam Ariſtotelis loca difficillima aperuit.

Commentum in quattuor libros Magiſtri Sententiarum.

Opus inſigne ſuper eumdem ſententiarum Magiſtrum, vbi

omnium ſcriptorum illius generis quæſtiones thæologales ſummo ſtudio ſummaquè diligentia compilantur. cui titulum fecit. *Ager dominicus.* Clarus adhuc viuit in Academia Piſana 1588.

IACOBVS Naclantus inſtituti Dominicani, Pater Venerabilis, ſacri Monaſterij Diui Marci filius pientiſſimus, Cluginæ ciuitatis Epiſcopus vigilantiſsimus, humanarum, diuinarumquè rerum doctor præcipuus, vita, & ſcientia ita clarus, vt etiam diuinis reuelationibus dignus haberetur. qui exemplo beati Hieronymi diu, noctuquè *in* lege Domini meditabatur ſemper aut legens, aut ſcribens, aut orans, cibi, & potus abſtinentia admirabilis. Scripſit exactiſſimè quædam ingenij præclara volumina, digniſſima quidem, vt ab omni poſteritate legantur, amentur, & adorentur. Videlicet.

De Papæ, & Concilij poteſtate ſuper illa verba: *Tu es Petrus.* ad Illuſtriſſimum Gonzagam S. R. E. Card. & incipit. *Volens ſicut.* &c.

De maximo Pontificatu, maximoquè ſacerdotio Chriſti, eiuſquè auguſtiſſimi feliciſſimiquè Regni ſuper illis verbis. *Tu es ſacerdos in æternum.* ad Illuſtriſſimum Sebaſt. Pighinum S. R. E. Card. & initium eſt. *Si quis Moyſen attendat.*

His accedunt enarratio in Epiſtolam ad Epheſios, pia ſanè docta, *&* catholica. in qua inſertæ, & iuxta ſacram ſcripturam, & orthodoxam fidem ſunt explicatæ omnes ferè difficultates pietatis Chriſtianæ, ad Iulium tertium. Et exordium ſic incipit. *Paulus Apoſtolus.*

Item in epiſtolam eiuſdem Paul. ad Romanos interpretatio, in qua exactiſſimè ſunt explicata præcipua Chriſtianę Religionis Sacramenta.

Præterea volumen intitulatum. Medulla ſacræ Scripturæ, in quo ſingulæ mūdi collocupletatæ ſunt ætates chriſtiquè archana, & ſacræ ſcripturæ ſecreta. & incipit. Archana Dei. & pleraq; alia.

Diem autem obijt tantus vir. 1569. Die 6. Maij. & in Eccleſia S. Dominici ciuitatis Cluginæ in oratorio proprijs ſumptibus conſtructum reconditus eſt.

IACOBVS Roſſius ordinis ſeruorum ſacrę ſcientiæ magiſter, ſua tempeſtate concionator non ſecundus, non immemor euāgeliorum totius anni introductiones poſteris conſecrauit. Quarum archetipon in bibliotheca Florentina eiuſdem ordinis commoratur. Enituit. 1500.

IACOBVS Gardus monachus Caſſinenſis ſacrarum literarum æmulator perpetuus non immodico labore dictauit librum idiomate materno attitulatum. *Hiſtoria del vno & del altro mondo.* primo Florentiæ excuſſum. 1570. ad magnum Coſmum Hetrurię Ducem. & præfationis exordium eſt. *Quanto ſia coſa conueneuole.* Viuit adhuc. 1572.

IANNOTIVS Manettus orator eloquentiſſimus, cronographus ſingularis, præſtantium linguarum interpres optimus, ſingularum ſcientiarum eruditiſſimus, ac Reipublicæ Florentinę Senator grauiſſimus, qui propter ſuum ingenij, & eloquẽtię amplitudinem quatuordecim vicibus in arduis negocijs orator ab eadem Republica conſtitutus, & à Nicolao Quinto, Caliſto. 3. & Pio ſecundo Pontificibus maximis ad ſecretorum officium accitus. ad quod quidem munus adhuc ab Alphonſo & Ferdinando Aragonibus Regibus ſingularibus honore fuit euectus. Inſuper ab eodem Nicolao equeſtri dignitate fuit inſignitus. Studio indefeſſo multa lectu digniſſima litterarum hęredibus teſtamento legauit, quibus laudem pręcipuam ſibi vendicauit. & ſunt hæc.

De illuſtribus longęuis. lib. 6.

De dignitate, & excellentia hominis ad Alphonſum regẽ. lib. 4. qui in Bibliotheca Sancti Marci aſſeruantur. & exordium eſt.

Cum igitur hoc noſtrum quod.

De terræmotu ad Alponſum. lib. 3.

De interprętatione recta, ſiue Apologia in pſalterium ad eundem. lib. 5.

Hiſtoria Ianuenſium. lib. 2.

Hiſtoria Piſtorienſium ad Primates Piſtorienſes. lib. 3. quam edidit, dum pro Repub. Floren. gubernator eiuſdem Ciuitatis exiſteret.

Laudatio Ianuenſium. lib. 1.

Laudatio Dominæ Agnetis Numantinæ. lib. 1.

Apologia Nuntij Hiſpani. lib. 1.

Dialogus de morte filij liberi. lib. 1.

De liberis educandis. lib. 1.

Contra Iudęos, & gentes. lib. 10. Sed imperfectum opus eſt.

Simpoſium. lib. 1.

Vita Socratis.

Vita Senecæ.

Vita Danthis.

Vita Petrarcæ.

Vita Bocchaccij.

Vita Nicolai Quinti Pontificis in libros 4. diſtributa quę Romæ in Bibliotheca Vaticana aſſeruatur, & incipit. Vetus.

Vita Alphonſi Regis, ſed imperfecta.

Orationes denique plurimę, quas legatus ad diuerſos Principes, diuerſis in locis habuit. Videlicet.

1437. ad Ianuenſes.

1443. ad Alphonſum magnum Regem.

1445. ad eundem in nuptiis Ferdinandi filij.

1447. ad Nicolaum Pontificem in creatione.

Eodem anno ad Alphonſum regem.

1448. ad Senenſes.

Eodem anno ad Venetos.

1449. ad eoſdem Venetos.

Eodem anno ad Federicum Vrbini Principem.

1450. ad Aragonum Regem.

1451. ad Federicum Imperatorem, & quo tempore Florentiam ingreſſus eſt.

Rurſus pluries etiam peroratus eſt, & præſertim ad Caliſtum Pontificem de eligendo nouo Pontefice contra Turchas, cuius orationis exordium eſt. Cũ Roma Neapolim ſalutandi Alphonſum. Præterea edidit de Pontificalibus pompis tractatum ad Angelum Acciarolium.

Laudationem in funere Leonardi Aretini.

Laudationem in funere Iannotij Pandolphini.

Epiſtolarum librum vnum.

Conuertit etiam plura ex Hebręo & Græco.

Ex Hebręo.

Pſalmos quinquaginta &

Partem veteris Teſtamenti.

Ex Græco.

Totum teſtamentum nouum.

Magnorum Moralium. lib. 2.

Ethicorum ad Nicomachum. lib. 10.

Ethicorum ad Eudemium. lib.

Iſagoces Porphirij.

Prędicamenta Ariſt.

Vitas Socratis, & Senecę ex Plutarcho, quę conſcriptæ apparent apud Bibliothecam Franciſcanam Ceſenæ, prękatio incipit. *Humanæ cogitationes.*

Tantus autem vir natus eſt Floren. 1396. 23. Iunij ex Bernar-

do.& 22.anno ætatis ſuę bonarum litterarum ſtudium eſt ingreſſus, cum antea ex paterno pręcepto mercaturę inſeruiſſet. Obijt verò Neapoli.1459.27. Septẽbris annũ agens ſexageſimũ tertium, cui Ferdinandus Rex funus ſatis amplum faciendum curauit,& in ędibus Montis oliuarum ipſius oſſa recondita ſunt. Indè verò Florentiam delata, ipſius filij honorificis exequijs proſequuti fuere.& in Baſilica Venerabili Sancti ſpiritus collocanda curarunt. Sepulchrum tamen tanti viri dignum vlla inſcriptione cohoneſtarunt. Ipſius tamen imago in ædibus Proconſulis Florentini inuiſitur his verbis Videlicet.

Iannotius Manettus cuius vita conſcripta habetur in quodam libro apud familiam Manettiam aſſeruatur, in quo in eius laudem annotata ſunt hæc carmina à Mattheo Corbinello decantata.

Aſpice tum lætis manibus,tum mente ſerena
Quos tibi tranſmitto leni ſic murmure verſus
Dum manet alta quies animo dilecte Manette
Et ſtudij interdum ſe condit cura ſeorſum
Hactenus illuſtres auido cum corde reuolui
Annales magno verborum pondere denſos
Quos tua ſublimis virtutum confecit ætas
Viribus ingenij pollens,& feruida ſemper
Te Cicero, & Liuius comitem dixere coruſcum
Arte ſuum linguæ, quam paucis cognita virtus
Te molli ſocium cecinerunt carmine muſæ.
Cęruleamquè tuo componunt nomine laurum
Et capiti ſertam iam ſtatuere refuluum.
Quo tantum clari præcinti tegmine vates
Pro meritis rapuere ſuis pro laude coronam
Tu Socratis mores,Xantippæ iurgia noſti
Et Senecæ raptam cum ſparſo ſanguine lucem
Quam tua per multos offendit copia fundi
Inſigniti libros noſtris ſic auribus aptos.
Vt ſimiles cantus dulci percurrere lira
Orpheus ille queat ne quicquam pollice curuo
Tu quoque geſta trium lauto ſermone loquutus
Inclita deſcribens,& nomina magna virorum,
Quos genuit vates dudum Florentia mater.
Exilioquè petit longis à finibus vrbis
Heu quæ nam tantum
Cur vè parens tantos temnis Florentia ciues

præcor

Precor paulum tu te ne deſpice natos,
Gloria lata manens fama ſuper ethera quorum
Aduolat, & nullo poterit peruertere curſum
Ipſa ſuo fallax nimium longeua vetuſta
Ille fuit Danthes, Franciſcus & ille Petrarcha
Atque fuit clarus Boccaccius ille Ioannes
Qui cœlum terramquè ſua virtute poetę
Et ſtudio pariter luſtrarunt verſibus omnem
Omnis enim magno veniebat pectore virtus
Quis genus & proauos tantorum nomina vatum
Non audiſſe fertur totum vulgata per orbem
Præcipuè ſummus Iannotius ille Manettus
Laudibus attollis veterum tu geſta canendo
Florida præterea decantat filius olim
Scripta tuus crebrisquè attollent uocibus ipſæ
Antonius placida quem traxit pace ſupremus
Rex Deus omnipotens communi morte peremptis
Imponens animam ſedis ſub culmine dextræ
Ipſe prçces varias non ceſſat fundere in altum
Numen ad æternum cari genitoris amore
Vt ſupremus pateat collaudans ſacra poteſtas
Atque caterua patri deſeruiat almo beato
Omnia mortalis repellens ab origine vitæ
Tempora bis ſenos curſu conceſſa per annos
Quo gemitu genitor dum tu Iannotius, imo
Ingentemquè dabas venientem pectore curam.
Et lachrymas vultu ſpargebas funere nati.
Illa memor tanti, quem paſſus mente dolorem
Voce ſua ad ſuperos humili ſic ore præcatur
Pandite regna viro, cęleſtia pandite regna
Pandite ſacra meo fulgentia tecta parenti
Qui ſequitur natum veſtigia conſcius æqui
Et mores hominum pulchro ſic ordine fatur.
Sic igitur laudum tu præmia digna reportas
Egregiumquè decus meritis tu tendis ad aſtra.

Vgolinus etiam in laudem tanti viri in ſecundo de illuſtratione vrbis hæc habuit.

Eſt quoque Iannotij celeberrima fama trilinguis
Plurimaquè hebraicæ de fonte volumina vertit,
In latium: & noſtris dedit hæc noſcenda Manettus.

IGNA-

IGNATIVS Squarcialupus monachus Benedictinus eiuſdem congregationis Generalis Abbas ampliſſimus, vir vitæ ſanctitate, & bonarum litterarum ſcientia clarus, atquè poeta illuſtris, cuius ingenium omnibus iugiter admirandum extitit: elaborauit tàm metro quàm proſa opuſcula quædam, quibus memoriam ſui poſteritati commendauit è quibus iſta feruntur.

De Virginitate Hymnus carminibus exametris.

Epiſtola Diui Benedicti ad Scholaſticam hetruſcis verſibus exarata. Orationes multis in locis ſuæ congregationis in ſolatium Patrum habitę.

Rurſus Hymni nonnulli, inter quos præcipuus extat ille in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, quem Patres Caſſinenſes ſuis in Eccleſijs concinunt. & quædam alia.

Mors eum ex humanis abſtulit Floren. 1520. cuius oſſa in Abbatia, Florentina conquieſcunt.

IOANNES Iacchettus Maleſpina Ricordani Maleſpinæ hiſtoriam Florentinam proſequutus eſt vſque ad annos. 1286. quo tempore enituit.

IOANNES Neſius librum de nouo ſęculo inſcriptum compoſuit. Et exorditur. *Contuli me quinquagennario.* Claruit 1497.

IOANNES Bernardus Gualandus Dialogum de optimo ptincipe elaborauit.

IOANNES Andreę (authore Chriſtophoro Landino, & alijs grauiſſimis ſcriptoribus) patria Florentinus, & adoptione Bononienſis iureconſultus celeberrimus, dubiorum omnium candidiſſimus interpres, vno ore fons canonum, & tuba iuris canonici pronunciatus, qui publicè Piſis, Bononię, & Paduæ ius eſt interprętatus. euigilauit præclara volumina, quibus nomini ſuo memoriam comparauit æternam, de quibus hęc pauca apponuntur, Videlicet.

Super Decretales lib, 5.
Super 6. Decretalium lib. 1. *quia præpoſterus eſt.*
Super Nouellis dupliciter lib. 2.
Super ſpeculum additionis lib. 1. *Ego I. And.*
Mercuriale prętnotatum lib. 1.
Summa de ſpon. & mat. lib. 1. *Quoniam frequenter in foro.*
Super Clementinis lib. 1. *Ioannes gratioſum.*

De

De laudibus Sancti Hieronymi lib. 4. *Hieronymum iugiter.*

De Arbore conſanguinitatis lib. 1.

Et pluraquè alia litteris conſignaſſet ni à peſte preuentus diem clauſiſſet extremum, anno ſcilicet Chriſtianę ſalutis 1348. vaticinatus prius de morte ſua, dum ſcriberet in additionibus ſuis ſub tit. de filiis preſbiterorum: inquiens. Suſpicor quod hæc poſſent eſſe vltima ſcripta mea. Ipſius verò oſſa reconduntur Bononię in templo Sancti Dominici cum hac inſcriptione.

Hic iacet Andreæ notiſſimus orbe Ioannes
Primo cui Sextum Clementis atque nouellas
Hieronymi laudes, ſpeculi quoque iura peregit
Rabi doctorum lux Cæſar normaquè morum.

Verinus autem in 2. de Illuſtratione vrb. Floren. hæc ſcripſit.

Quiquè binomen habet, qui ſteri enigmata iuris
Pontificumquè ſuis patefecit dogmata verbis
Vt multi credunt non vera Bononia mater
Extitit, hunc Florentini genuere parentes.

IOANNES Villanius, Matthei Villanij frater, Mathematicorũ, & Aſtronomorum nõ ignarus ſed hiſtoriarum omniũ quotquot fuerunt exactiſsima cognitione celeberrimus, antiquarius præſtantiſsimus, & vetuſtiſſimarum rerum omnium indagator, & inuentor admirabilis, ac rerum geſtarum ſui temporis deſcriptor accuratus, & fidus in quarum exaratione, & ſi eleganti eloquentia, oratoriiſquè coloribus careat, ab ipſa tamen veritate nequam recedere videtur. Elaborauit non immodica induſtria hiſtorias Florentinas in duodecim libros diſtributas, in quibus patrio eloquio ſingula, quæ in terrarum orbe, ſed præſertim in vrbe Florent. peracta ſunt, etiam minimi ponderis complexus eſt. Ab vrbe ſcilicet condita, vſque ad annos Chriſtianæ redemptionis 1348. quo tempore ex peſte Floren. obijt, & in ædibus ſeruorum ſanctæ Mariæ Virginis reconditus abſque vlla inſcriptione. Diſtribuuntur autem hi duodecim libri in duo volumina aſſeruata in Bibliotheca Medicea. quorum primum hoc exordium habet. *Conciosia coſa che per li noſtri antichi.* Secundum verò. *Ne gl'anni di Chriſto* 1333.

Verinus in ipſius laudem in 3. lib. de illuſtrat. vrb. Floren. hæc habet.

Villani genus antiquum Fæſulanus alumnus
Huius, & hiſtoricus ſtirpis perhibetur hetruſcus,
Huius, & annales vrbis primordia narrat.

IOANNES

IOANNESBAPTISTA Strozza, vir omnium virtutum genere perpolitus: Muſarum alumnus, atquè Academiæ Florentinæ diſcipulus; qui ſuo ingenio fretus & phiſicè, & poeticè multa pictauit. Viuit.

IOANNES Boccaccius, authoribus Theodorico Bellouacuo, & Antonio Sabellico, è Certaldorũ familia, gramaticus, Grçcè nõ minus, quam Latinè peritus, poeta, rethor, hiſtoricus aſtronomus, Arithmeticus, chronographus, coſmographus, philoſophus, Thçologus clariſſimus, & denique omnigena literarũ eruditione admodum inſtructus, cuius ingenium pçnè prodigioſum in tanta ſcientiarum varietate excultum, vt miraculum quoddam cunctis obſtupeſcentibus admirabatur, ea præſertim tempeſtate, qua lçtalis Gothorum barbaries, nondum excuſſa adhuc in Italia latinas literas morti, & obliuioni tradendas curabat. Studio indefeſſo hos libros omni laude dignos, poſteritati, & immortalitati conſecrauit.

De Gçnealogia Deorum lib. 15. *Si ſatis ex relatis.*

De claris mulieribus ad Andream de Acciarolibus lib. 1. *Scripſerere iamdudum.*

De virorum illuſtrium caſibus lib. 9. *Exquirenti mihi.*

De montibus lib. 1. *Surrexeram quidem feſſus.*

De fontibus lib. 1. *Poſtquam de montibus.*

De fluminibus lib. 1. *Figmento poetico.*

De ſtagnis & paludibus lib. 1. *Et ſi nonnumquam è ſtagnis.*

De nominibus maris lib. 1. *Modica laboris.*

Bucchplica lib. 1. *Tindare non ſatius.*

Bellorum opus çgregium tum Pontificum tùm Romanorum Imperatorum geſta continens.

De Rebellione terrarum Eccleſiæ.

De bellis Florentinorum cum Duce Mediolanenſium, & Rege Aragonum.

De Tartarorum victoria in Turchas.

De Victorijs Sigiſmundi Imperatoris in Turchas.

De Hçreſibus Boemorum.

De capta Conſtantinopoli.

Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Inter quas potiſſima extat illa quam ad dominum Pinum de Rubeis conſcripſit ipſum exulem conſolando.

Vernacula etiam lingua multi adhuc ipſius extãt fœliciſſimi labores, qui & ſi iocis, & vanitatibus ſint pleni, mellifluo tamen

Philo-

verborum,& frugifero ſententiarum ſucco referti inueniuntur.

Philoſtratus. Corbatius.

Philomena. Philocolus.

Venatio Dianæ. *Nel tempo adorno.*

De amoroſa viſione. *Nuouo deſio.*

Danthis vitam inſuper dictauit, eiuſquè Canticum primum commento illuſtrare cœpit.

Comœdia de nimphis Florentinis.

Deniquè centum Nouitates, ſiue decé dierum fabulæ admirabili iucunditate compoſitæ, & in omnium nationum linguas adoptatæ. Et pleraque alia tanti viri ingenij acumen preferentia.

Qui ſub varijs præceptoribus ſtipendium fecit.

In Aſtronomia enim Andatum Nigrum Ianuenſem.

In litteris Gręcis Leontium Pilatum Theſſalonicenſem.

In Poetica atque oratoria Franciſcum Petrarcham, cuius ad ipſum nonnullæ exãtt epiſtolę, è quibus, qualis, & quantus fuerit Ioãnes facilè conſpici poteſt. Si quis plura tãti viri encomia exoptaret, videat Marcum Antoniũ Sabellicum. Matthęum Palmerium. Iacobum Bergomatem. Raphaelem Volaterranum, & deníque Betuſſium, à quo elegantiſſimè italico idiomate conſcripta eſt eius vita. annum verò agens ſexageſimum ſecundum obijt Certaldi. 1375. & in Baſilica Sanctorum Iacobi, & Philiphi reconditus eſt, in cuius tumulo hæc carmina à ſe decantata inciſa ſunt. Videlicet.

Hac ſub mole iacent cineres ac oſſa Ioannis
Mens ſedet ante Deum meritis ornata laborum
Mortalis vitæ genitor Boccaccius illi
Patria Certaldum, ſtudium fuit alma Poeſis.

Vgolinus autem in ſecundo de illuſtratione vrb. Floren. hæc habet.

Nec minor eſt Plauti, ſimiliſquè Menandro
Boccaccius teneros doctè qui luſit amores
Quæcunquè aſtreus veterum miracula vatum
Scripſerat, explicuit montes, fluuioſquè lacuſquè,
Nympharumquè domos, fontes expreſſit apricos

Prætereà in apotheca Iudicum, & Notariorum Floren. hæc leguntur.

Progeniem canit iſte Deum mirabile nunquam
Viſum opus & claras matres, caſuſquè virorum
Stagna, lacus, maria, fontes, iuga ſumma paludes
Et fluuios, ſyluaſquè proſis, & paſcua meno.

Ioannes

IOANNES Comicus elegantiſſimè ſoluto, ac materno ſermone admodum argutè & ſcitè quinquaginta Comœdias dictauit, quibus titulum fecit. *Il Pecorone*, & earum exordium eſt, *Per dare alcuna Scintilla.* Claruit. 1378.

IOANNES VICTORIVS Soderinus vir illuſtris, atquè in dicendo, ſcribendoquè ſubtiliſſimus, ac dilgentiſſimus, ſoluta oratione poęmata complura dictauit; quæ inter ciues ſuę ciuitatis hinc inde omnium admiratione vagantur. Viuit.

IOANNES Dominici, Dominicanę familię alumnus: profeſſione Thęologus, officio prædicator, & doctor; dignitate Archiepiſcopus Raguſinus, & Cardinalis ampliſsimus, tituli ſancti Xiſti: Diui Antonini Archipræſulis Floren. præceptor, primuſquè ſuę in Italia dilabentis Religionis inſtaurator, atque Romanæ obſeruantię vendicator, & author: qui tanta ingenij ſolertia, ac memorię tenacitate claruit, vt interpoſito iutamento in libro locul noſt s à ſe inſcripto, aſſeruerit, ſe in nulla ſcientia præceptorem habuiſſe, ſed Diui Auguſtini exemplo omnes per ſeipſum diſciplinas imbibiſſe, atquè percalluiſſe ferè omnes. Multa pręclata reliquit volumina, quibus nomen ſuum poſteritati commendauit, de quibus ſubiecta feruntur. Videlicet.

In Eccleſiaſten lib. 1. *Omnia parata ſunt, venite ad nupt.*

In Cantica canticorum lib. 1. *Aegregijs meditationibus refertus.*

In Euangelium Mathei lib. 1. *Compræhendens Scholaſticas expoſitiones.*

Super Magnificat lib. 1.

In Epiſtolam ad Rom. lib. 1.

Locula noctis lib. 1. contra Colucium Salutatum, qui vir in aliis excellens, cum de fortuna, & fato edidiſſet librum, in quo non ſatis probè de fide videbatur ſentire, poętica fortè licentia ductus, maximè aduerſus hunc librum loculam edidit, eiuſquè malè dicta purgauit.

Itinerarium deuotionis lib. 1.

De amore charitatis lib. 1.

Sermones de tempore lib. 1.

Sermones de Sanctis lib. 1.

Sermones quadrageſimales lib. 1.

De Poſſeſſionibus. lib. 1.

Sermones quinquaginta, in primos nouem pſalmos, Florentiæ concionati in Eccleſia Cathedrali. & quędam alia.

Vir-

Vir iſte igitur omnium ſua ætate clariſsimus, ac præſtantiſsimus anno Chriſtianæ ſalutis 1340. Florentiæ ex obſcuriſsimis parentibus in hanc lucem prodijt, & 1362. Diui Dominici ordinem primorum ęlementorum adhuc ignarus profiteri incępit. Anno verò. 1420. (teſte Ioanne Carolo, qui eleganti ſtilo ipſius geſta conſcripſit) mortalis corporis depoſuit pondus, & miraculis corruſcans in templo Diui Pauli primi eremitę Budæ ſepultus eſt. cum enim ad concilium conſtantienſæ à Gregorio duodecimo legatus pro vnione Eccleſiæ miſſus eſſet, peracto concilio, atque habita vnione hortatu Sygiſmondi Imperatoris à Martino Papa quinto in Pannoniam etiam legatus ad extinguendas Boemorum Hæreſes nuper exortas deſtinaretur, illuc profectus, cum reperijſſet Boemorum animos ita in hæreſi obſtinatos, vt nec exhortationibus flecti, neque vllis aut pręcibus, aut minis poſſent ab incœpto reuocari, deſperatis rebus Budam ſe contulit, quę eſt Pannoniæ Regia, vbi mœrore animi cõtabeſcens (vitã vt dictum eſt) cum morte commutauit. Apud monaſterium Fęſularum, eius cura à fundamentis erectum, ipſius imago depicta conſpicitur, hoc epitaphio illuſtrata.

B. Ioan. Dominici de Florentia Archipræſul Raguſinus, & preſb. Card. regularis vitæ in Italia reparator, ac cœnobij huius fundator.

Verinus autem in ſecundo de illuſtratione Vrb. Floren. ita ſcribit.

Dominici plebea domus ſplendore Ioannis
Emicat illuſtris morum probitate, vel ipſa
Doctrina inſignis, vitæquè exemplar honeſtæ
Dominici Sancti Fæſulanam condidit ædem.
Cardineumquè apicem ſola virtute recepit.

IOANNES MARIA Cecchius ſcriba fidelis, comicus vrbanus, facetus, & acutus, vt merito inter primos, & nobiliſsimos collocari promeruerit. Complures comœdias ab auditoribus, lectoribuſquè auidiſsimè exceptas dictauit, quas attitulauit. *La Moglie. La Dote. il Seruigiale. Lo Stufaiuolo.* & alias quamplurimas, vſque ad decimum octauum numerum. Tandem ſenex Dei amore D. Franciſco de Paula, & Religioni eiuſdem Eccleſiam, & cœnobium Signę propè Florentiam, dicauit.

IOANNESBAPTISTA Cinius Phœbi, & Mineruę dulciſsimus alumnus, qui ſuo enecto ingenio, ac loquẽti nitore apud doctiſ-

mos

mos,& nobiliſsimos cuiuſcunque facultatis academicos eam ſibi famam, & gratiam comparauit, quam nulla vnquam vetuſtas aboleuit. Scripſit complura: Sed ad manus peruenit comœdia cuius titulus eſt. *La vedoua*, inſuper intermedia, & exequias Sereniſsimi Coſmi Medices Magni Ducis Hętruriæ. floruit. 1565.

IOANNES Caroli inſtituti Dominicani profeſſor, in ſæcularibus diſciplinis exactè eloquẽtię, aſſertor eximius, atque inſignis thæologus, & in explanandis ſacris ſcripturis, ſanctorum geſtis doctor haud ignobilis, conſcripſit plura ingenij ſui dotes eximias præferentia tùm Latino, tùm hetruſco ac materno eloquio. quorum præcipua ſunt hæc apud Bibliothecam ſanctę Mariæ Nouellæ repoſita.

Volumen orationum, quas diuerſis in locis, & temporibus concionatus eſt, & exordium prohemij ſic incipit. *Propoſueram quoſdam*.

Iterum alterum volumen quorundam tractatuum ſpiritualium, & horum tractatus primus eſt ſuper pſalmos pœnitentiales, ad Bernardum Gondium & incipit. *Coſa certa & manifeſta è ò Bernado.*

Rurſus adeſt tertium volumen aliorum Tractatuum, in quorum primo de ſenectute pertractat. & initium eſt. *Marcum Tulium Ciceronem*.

Rurſus conſcripſit vitas quorundam illuſtrium virorum ex eodem ordine. quæ impreſſæ habentur apud Leandrum Albertum de viris illuſtribus. & hæ ſunt.

Vitam Ioannis Dominici Cardinalis, & Archipræſulis Raguſini. Incipit. *Ioannes Dominici Florentinus*.

Vitam Simonis Saltirelli Archiantiſtitis Piſani. *Simon*.

Vitam Aldobrandini Caluacanthis Præſulis Vrbis vet. *Aldobrandus*.

Vitam Angeli Acciaioli Epiſcopi Florent. *Angelus Acciolus*.

Vitã Beati Ioãnis Salernitani ſocij S. Dominici. *Ioãnes Salernitanus*. Obijt, vir iſtę Flor. 1503. Die prima Februarij anno ętatis ſuę 75. in Venerabili Baſilica S.M.N. apud cæteros patres. inſuper dictauit opus hoc ordine diſtributum. Primo de dignitate Monaſterij. S. M. N. Secundo. Vita Aldobrandini Caualcanthis Epiſcopi Vrbeuetani. Tertio, Vita Simonis Salterelli Archiep. Piſani. Quarto. Vita Ioannis Acciaroli. Quinto. Vita Alexij Strozzæ. Sextò. Vita Guidonis Regionali. Septimo. Vita Ioannis Dominici.

IOANNES

IOANNES Parentius vtriuſquè iuris doctor ſingularis, quædam egit,& edidit,laude digna teſte Vgolino Verino, in cuius laudem hęc habet.

Ex hac inſigni morum probitate Ioannes
Iuris,& interpres Franciſci dogmata Primus
Rexit,& extremos Præſul moderatus Hiberes

Vir iſte pergloriofiſsimus forſan is eſt, cuius meminit Tiraquellus in quodam ſuo opuſculo ita ſcribens. Ioannes de Floren. col. 3. dum intelligit maiorum imagines, de quibus loquitur l. lex quæ tutores,cap. de admi.tut.pro armis.&c.

IOANNES Roſatus Ficini ſingularis auditor,philoſophiæ verò,ac Medicinæ peritiſſimus Doctor,qui in celeberrimis Italiæ Academijs optima ſtipendia promeruit,& ſic in diſputationibus perpugnax atquè ſubtilis habitus eſt, vt peracre illius ingenium omnibus admirationem moueret. Multa euigilauit (teſte eodem Ficino)ad rem medicam maximè facientia. Claruit.1480.

IOANNES Neſius vir moribus, & litteris, teſte Ficino, ornatiſſimus, in rethorica exercitatiſſimus, & in philoſophia tùm peripathetica tùm Platonica eruditiſſimus, inter plura lectu digniſſima dictauit libellum aureum quidem de nouo ſęculo intitulatum, ad Ioannem Franciſcum Mirandulæ comitem. cuius exordium eſt *Contuli me hoc quinquagenario.*

Rurſus per hominum manus vagatur oratio idiomate hetruſco conſcripta de charitate habita in magorum collegio. & incipit. *Mentre che perplexo del maeſtro noſtro* &c. Claruit. 1485.

In ipſius verò laudem ſcribit hæc Vgolinus Verinus in tertio libro.

Neſia progenies quondam Petrutia dicta.
Barberina iuga incolit ſemi fonte relicto
Mox claris ornata viris migrauit in vrbem.
Inquè crucis templo viſuntur marmora priſcis
Carminibus doctis laudis teſtantia vatis
Et nunc eloquio eſt prædocti ornata Ioannis.

IOANNES Gerardius poeta venuſtiſſimus capitula eximia doctrina, ac dulci melodia dictauit, in quibus Dantis doctrinam proſequi uidetur. initium eſt. *O muſe e tu Apollo al nuouo canto.*

IOANNES Caualchantius vir ſincerus, candidus, amœnus, fidus, acer, ingenioſus,& in omnigenere litterarum doctrina eruditus, cuius ingenuę animi dotes,& præconem, & buccinatorem habere promeruerunt magnum Ficinum, à quo vbiquè locorum, vbiquè gentium vbiquè temporum magnopere celebratur,& à tanto viro ſuis in epiſtolis amicus vnicus, & Achates appellatur.

Scripſit multa & inter cætera authore eodem Ficino in libro ſeptimo epiſtolarum euigilauit commentarios in Soliloquia Diui Auguſtini. Enituit. 1490.

IOANNES Franciſcanus Philoſophus, & Thæologus non vulgaris, ſed rerum antiquarum diligentiſſimus indagator, monimenta quædam ſui Ordinis in vnum collegit, & hiſtoriam contexuit, quæ manuſcripta apud ſuum Ordinem aſſeruantur.

IOANNES Oricellarius eruditiſsimi Pallantis frater, vir nobilitate, & doctrina illuſtris, triplici lingua elegantiſſimę excultus, & vates terſiſſimus, ac facundiſſimus, qui ita omnes gratias, charites lepores, nec non, & omnes dicendi veneres in ædendis carminibus cumulatiſsimè congeſſit, vt ſua tempeſtate poetarum princeps iure appellaretur, ob quas ingentes ſuas virtutes apud omnes in maximo erat precio, potiſsimùm autem apud Clementem ſeptimum à quo Pręſes Caſtri Sancti Angeli conſtitutus eſt. Edidit inter cætera ſui ingenij clariſsima monumenta.

Nobilem Tragediam, cui titulum fecit Roſmunda.

Alia, quæ auidè à cunctis bonarum litterarum ſtudioſis deſideratur, veluti Tragedia Oreſtes attitulata, quæ calchographis nondum excuſſa eſt. Et Tractatus quidam in quo de natura & moribus acuratiſsimè peragit.

Fato ceſsit Romæ tempore eiuſdem Clementis, à quo antequam exi hac vita migraſſet, cardineo Biretto cohoneſtatus eſt.

IOANNESMARIA Dominicanus vir vtraquè lingua exactiſsimè excultus, Philoſophia, ac ſacra Thæologia cæteriſquè ſubtiliſsimis ſcientijs pleniſsimè imbutus, & mathematicis admodum exornatus atquè in exquirendis antiquiſsimis

mis

mis rebus diligentiſsimus indagator, & hiſtoriarum perpetuus cultor: qui opuſcula ſua, vt commodius popularem applauſum euitaret, ſub titulo Ioannis dictauit. quod nil aliud ſonat, niſi Ioannesmaria religioſus colens Deum. Conſcripſit hæc, & in primis materno ſermone.

Dilucidarium in quo de rebus antiquis tùm ſacris, tùm prophanis ſatis excitatè,& argutè peragit.

Item eiuſdem extat diſputatio reſponſiua de Maria Magdalena. ad opuſculum Iacobi, cum quibuſdam diſputationibus ſubtiliſsimis, quæ apud Bibliothecam Sancti Marci reperiuntur.

Expoſitiones ſuper ocultos locos ſcripturæ.

De computatione Annorum Domini ad fratrem Antonium.

Dulciatum Eremitanum. *Iamdudum Reuerendæ Pater.*

De corruptione Calendarij ad fratrem Zenobium Acciaiolium pro vera celebratione Paſchæ. *Reuerendæ Pater ſalutem.* Et plura alia. Claruit. 1518.

IOANNES Ottonarius Reipub. Florent. Comicus, poeta facundus, & perfacetus, qui, & ſi eloquentiæ Latinæ omnino eſſet ignatus, in ędendis tamen comœdijs, canzonijs, alijsquè cuiuslibet generis rithmis doctiſsimum ſe iugiter prætulit, metricę, & proſa plurimas comœdias compoſuit variaſquècanzonas, innumeroſquè, quos cantus vocant, qui Florentiæ tempore Carnispriuij a iuuentute à populoquè Florentino ſumma iucunditate excipiuntur, quæ ſingula ab eius fratre in vnum collecta tipis excuſſa habentur Florentiæ. 1540. & exordium eſt. *La Città bella & conforme natura.*

Obijt autem Florentię. 1527. ex ſe Franciſco filio relicto qui publicè Piſis & demum Turini Mathematicam interprętatus eſt.

IOANNESBAPTISTA Violius Laurentij filius optimæ ſpei ſanctiſſimorumquè morum adoleſcens, quem niſi intempeſtiua mors ſubripuiſſet, Florentina ciuitas hominem forſan vſque ad miraculum habuiſſet: cum ante annum vigeſimum quintum plura ediderit ad Philoſophiam, & Geographiam attinentia, quorum ad notitiam tantum venit.

Liber qui de vera ſapientia intitulatur.

Item inſigne opus de bello Florentino. Clarus habitus eſt. 1530.

IOANNES Norchiatus Sancti Laurentij Canonicus Venerabilis, multarum ſcientiarum eruditiſſimus, vt linguæ Hetruſcæ dignitatem, atque excellentiam monſtraret, opus arduum, & perdifficilè agreſſus eſt, in quo omnium inſtrumentorum ad artifices pertinentium nomina conſcribere, eorumquè figuras lineamentis declarare nitebatur, ſed morte præuentus tantum opus egregia quidem laude dignum abſoluere nequiuit, ob eamquè rem imperfectus pariter remanſit comentarius in Vitruuium. Tipis tantummodo excuſſum habetur & inſcriptum de Diphitongi Toſchani, & incipit. *Ogni ſillaba è per ſua natura.* Floruit. 1550.

IOANNES Caſæ Archipræſul Beneuētanus ad præclariſſima natus, officia, vt ſ. bonarū litterarum ignaros rectis habenis dirigeret, inſulſos terſo eloquio erudiret, & philoſophiæ ſplendore deſtitutos pulſa procul caligine nitidiſſimo fulgore illuminaret: cuius ſermo venuſtiſſimus diuina potius, quàm mortali facundia compoſitus videbatur. Edidit adhuc iuuenis antequam ad ſacrum Archipræſulatum à Paulo tertio admitteretur, quædam, & ſi iocoſa, arguta tamen, ac ſubtilia carmina hetruſco ſermone.

Librum inſuper compoſuit eodem idiomate Galeatium intitulatum, qui auidè à ſingulis ſtudioſis lectitatur.

Viuit adhuc in hominum manus eius erudita oratio ad Carolum Quintum habita pro reſtitutione Placentiæ & exordium eſt. *Si come noi veggiamo.* Rurſus Latino eloquio laborauit complura his titulis prænotata. Carminum liber vnus. De officiis inter politiores amicos. Petri Bembi Vitam. Vita Gaſparis Cōtarini. Plures orationes Thucydi. Et Epiſtolæ ad Renuccium Farneſem Card. S. M. E. & ad Petrum Victorium.

IOANNESBAPTISTA Gellus Academiæ Florentinæ excitator, & honor comicus non vulgaris, qui ſubtilis ingenij altitudine omnes noſtri ſæculi ſapientes in admirationem ſui conuertit, cum in nulla, vel certè mediocri litterarum latinarum cognitione ad iuſtam rectè ſcribendi facultatem

peruenire potuerit. hęc lectu iucunda eleganter abſoluit. Videlicet.

Lectiones ſuper Danthem de lingua hetruſca dicatæ Philippo Meliori, quarum exordium. *Egli mi è accaduto piu volte.* E Latino in maternum ſemonem conuertit Portium de coloribus oculi. De iuuencula, & forma arandi.

Super Sonettos Petrarcæ.

Super Animam

Comœdiam quæ Sporta inſcribitur, & alteram Circe attitulatam.

Denique Dialogos duos in lucem miſit, quibus cum quædam haud ſacris litteris conſona appoſuiſſet, ob id reiecti ſunt.

Florentiæ fato ceſſit. 1562. & in ædibus Sanctæ Mariæ Nouellæ reconditus eſt.

Inſuper apofectagmata Plutarci etruſcho Sermoni donauit.

Defunctus eſt Floren. 1568. & in Eccleſia ſanctæ Trinitatis humatus.

IOANNES Bernardus Gualandus olim M. CC. in omnigena eruditione ęgregiè doctus, vtriuſquè linguę peritiſſimus, grammaticus, rethor, oratorquè eruditus cum venuſtate, & elegantia è Græco in Latinum, & è Latino in hetruſcum ſermonem conuertit Philoſtratum de vita Appolonij Tyanei ad Illuſtriſſimum Coſmum Medicen, & initium eſt. *Quelli che lodano.*

Inſuper opus ſanè ęgregium attitulatum. *Trattato delle monete & valuta loro.* ad Reuerendiſſimum Aloyſium Ardinghellum. & præfationis exordium eſt. *Fra tutte le coſe.*

Preterea idiomate Latino Dialogum attitulatum de optimo Principe ad Franciſcum Vicecomitem Sfort. Mediolani Ducem & præfationis exordium eſt. *Summa prouidentiſſimi Dei iuſtitia.*

Prętera alterum Dialogum deſcripſit de liberali inſtitutione. Rurſum orationem ſanctorum Coſmę & Damiani.

IOANNES Animuccia inter amœniſsimos Muſarum hortos educatus, ſic ſuauiſsimos liquores muſicæ deguſtauit, & imbibit, vt Capellæ ſacroſanctæ Baſilicę Vaticanæ magiſter inter multos deſignari commeruerit. Innumeros madrigales, motettos, mira dulcedine refertos in lucem miſit. Sed in

primis magnopere celebratur liber Miſſarum Romæ excuſſus. 1567. apud hæredes Valerij,& Aloyſij Doricorum ad ampliſsimum ordinem Canonicorum eiuſdem ſanctiſſimæ Baſilicæ. Et præfationis exordium eſt. *Et ſi ex ijs cantibus.* Fato functus eſt Romæ. 1569.

IOANNESBAPTISTA Strozza vir conſularis grauiſſimus inter amœniſſimos muſarum hortos educatus,ſic carmina, ſonettos,& cantica dulciſſima cecinit,vt nullus ſit,qui in eius rithmis, & numeroſa verſuum iunctura ſaltantes, gratias ad numerum non ei perſentiat. Multa vtilia carmina elegantiſſimè cecinit, quæ hinc inde manuſcripta circunferuntur, & apud hęredes aſſeruantur.

Obijt Florentiæ. 1571. menſe Decembri, in ædibus ſanctæ Mariæ Nouellæ humatus.

IOANNESBAPTISTA Bracceſchius, qui vltro ſeſe cœnobio Diui Marci in ſeruitutem pientiſſimè addixit, & in grauiſſimis ſtudijs tùm humanarum, tùm diuinarum literarum admirabilis euaſit. è Græco in Latinum vertit, Multa opuſcula.

IOANNESBAPTISTA Arrighus Eremitici inſtituti Pater venerabilis vir vtraque lingua excultus, eximia admodum doctrina refertus, & omni virtutum ſcientia exornatus, edidit de elementis Thæologiæ libros quatuor. & axiomata, ſiue concluſiones titulo Simplex ſcientiarum omnium,& liberalium artium enumeratio. elaborauit quinetiam nonnullas variorum argumentorum perelegantes orationes. & ſatyras. Viuit adhuc in litterarum ſtudio. 1588.

IOANNESBAPTISTA Aſinius Comes palatinus, ac eques aureatus noſtra hac tempeſtate moribus, conſilio, & vtriuſque iuris prudētia inter cęteros eruditiſſimus, qui ſui ingenij acumine ſingulas legum difficultates etiam ex tempore enodare non dubitat, euigilauit erudita hæc monumenta, Videlicet.

Commentarios in titulum Digeſtorum

Tractatum de religioſis,& ſumptibus funerum.

Iudiciorum praxim, in ſtatutum ſecundum, ſecundi libri. Incipit, *Quoniam ſtatutum hoc modum probandæ mortis.* & alia quamplurima dictauit. Claruit. 1574.

IOANNES.

IOANNESBAPTISTA Adrianus,cognomento Marcellinus. eruditiſsimi Marcelli Virgilij filius triplici lingua longè excultus, materna, nempè Latina, & Græca. In canendis carminibus fœliciſsimus in erudiendis iuuenibus accuratiſſimus,in oratorijs artibus facundiſſimus,& in conſcribendis hiſtoriis eruditiſſimus nonnulla immortalitati conſecrauit, inter quæ typis excuſſæ habentur orationes complures omni ſana laude dignæ, ſummaquè voluptate à bonarum artium cultoribus exceptæ. Multa lectione digniſſima poſteritati relicturus,hiſtorias pręſertim Florentinas, ad quas conſcribendas vnus ex multis à Sereniſſimo Hetruriæ magno Duce electus eſt.

Eius excuſſæ extant orationes tres in obitu Caroli quinti, & magni Coſmi Ducis :& Sereniſſimæ Reginæ Ioanne Auſtriacæ vxoris magni Ducis 2. Hetruriæ Franciſci Medices.

IOANNESMARIA Tarſia,preſbiter Venerabilis olim O.S. D. F. librum de Natura Angelorum ſcripſit: & patrio ſermone orationem admodum exquiſitam, & carmina complura dictauit in laudem Michaelis angeli Bonarotæ ad Angelum Bronzinum. quæ ſingula Florentiæ excuſſa ſunt. 1567.

ISYDORVS Montautius ex ordine D. Benedicti Monachus inſignis,probitate Chriſtiana Spectabilis,doctrina admirabilis, & moribus generoſis ornatus,ac ſplendidus, qui ob has eximias præſtantias ab Illuſtriſſimo Coſmo pientiſſimi Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Nouæ præſes conſtitui meruit.è Græco Latinam fecit Philoſophiam Nili Monaci antiquiſſimi. Obijt Florent. 1573. Menſis Maij in eccleſia eiuſdem hoſpitalis reconditus.

IVLIANVS Datius Sancti Leonis Epiſcopus Pœnitentiariorum Romæ Decanus,& poeta non vulgaris,edidit plura hetruſco, & facili verſu, inter quæ extat opuſculum typis excuſſum de Diluuio quod Romę accidit anno Chriſtianæ ſalutis. 1445. quod opus incipit. *O glorioſo Dio che liberaſti.*

Compoſuit quin etiam vitam beatæ Ioannę de Signa. cuius exordium eſt. *Dammi Signore Gieſu tanta miſura.* Clarus eſt habitus. 1440. vel 1450.

Præterea hiſtoriam inſularum, quę nouiter repertę ſunt. & initium eſt. *Omnipotente Dio che tutto regge.*

IVLIANVS Varrochius ordinis D. Franciſci, frater Venerabilis philoſophiæ,Dialecticę, Aſtronomię,& eloquentię ſtudijs,

egregiè decoratus, ſed ſacræ Thęologię doctor celeberrimę opinionis, ſcripſit plura excellentis ingenij ſui opuſcula. quorum ad manus peruenit tantum fragmentulum quoddam in Ariſtot. dialecticam. Obijt Florentię. 1413. & in medio ampli templi ſanctæ crucis humatus eſt ſepulchro marmoreo, quod adhuc viſitur hanc habens inſcriptionem.

Iulianus Varrocchius Thæologus inſignis hic ſepultus eſt Antonius de Medicis eiuſdem ordinis thæologus, & Hetruriæ Prouinciæ miniſter ne iaceret incultus. ... ætati ſuæ fuerat decenti hoc monumento donauit. Vixit ann. 42. menſ. 8. D. 10. Obijt. 1415.

IVLIVS Landus, qui ob ſuas ſingulares virtutes in maximo prætio vixit apud ampliſsimum Cardinalem Hippolytum Medicen plura dictauit, inter quę ipſo inuito tipis excuſſum habetur opuſculum hetruſco ſermone elaboratum ad eundem Cardinalem cui titulum prænotauit. *La formaggiata.* Huic accedit vita Eſopi. clarus habitus eſt. 1530.

K

KYRICVS Strozza Græcarum litterarum cultor exactiſsimus, atquè Ariſtotelis philoſophię, poeticę præſertim defenſor acerrimus, quàm publicè Piſis annis multis profeſſus eſt, cuius infatigabilis labor, ac induſtria effecit, vt vndecimus, atque duodecimus Ethicarum libri priſcis ſęculis incogniti mortalibus communes fierent. Multa elaborauit. & in primis è gręco elegantiſſimè, & fideliter duos præmemoratos libros conuertit.

Præterea latinitati donauit Clementem Alexandrinum.

Rurſus Politicam eiuſdem philoſophi & Latino & Gręco ſermone Dictauit & fato ceſsit Piſis 1569.

L

LAPVS Caſtilonchius Lapi filius, Sancti Miniatis Abbas pientiſsimus iuris tùm cęſarei, tùm pontificij interpres conſultiſsimus, vir memoriæ pœnè prodigioſæ, ingenij verò in omni ſcientiarum varietatę

rietate vſque ad miraculum exculti, & (authore Romano) apud legumperitiſſimos Doctores incredibilis authoritatis, qui à Republica Florentina ſuis in omnibus ſerijs negotijs tanquam oraculum ſemper accerſitus ciuitatiſquè reformator conſtitutus, & ſepties orator deſignatus, nempè ad Vrbanum quintum, Gregorium vndecimum, ad Ianuenſes, Senenſes, & Lucenſes, & denique ab Vrbano ſexto aduocatus conciſtorialis, & à Carolo quarto cæſare auguſto in Romana curia protector, necnon, & à Romano populo Senator vrbis acclamatus. Hæc excellentiſsimi ingenij ſui monumenta nunquam peritura poſteris donauit.

De nobilitate. lib. 1.

De Auaritia.

De hoſpitibus, ſiue hoſpitularibus tractatum.

Allegationes à Legiſtis aureę nuncupatæ. lib. 2. & ita exordiuntur. *Inſpeximus, & examinauimus diligenter.*

Scripſit etiam additiones in Friderici Petrucij librum de pluralitate beneficioru͂, vt author dignus in ſumma angelica citatur.

Conſilia varia circa Inquiſitores, & nuntios Apoſtolicos. & initium eſt. *Cum Matthæus.*

Obijt Romæ. 1381. Die 17. Iulij exul à patria, prępualentibus namquè Gibellinis, quibus acerrimè aduerſabatur, cum tota familia ſua expulſus eſt, & in Eccleſia Minorum reconditus. Ipſius verò nepos in templo Sanctæ crucis apud Aram Caſtilonchium in eius laudem hoc epitaphium incidendum curauit.

Si tibi quos patria, & virtus Lape maxime faſces.
Tradidit, exilio perdidit inuidia
At tua non odium, non mors, non tempora poſſunt
Perdere quæ reparat nomina clara nepos.

LAPVS Caſtilonchius præmemorati Lapi nepos, eiuſquè eximię virtutis perpetuus æmulator & hæres, qui Latinis, & Gręcis ornatus litteris, eas publicè in cęlebri Bononienſi Gymnaſio ſumma eloquentia cum abſolutiſsima eruditione coniuncta explicuit doctè & accuratè adhuc adoleſcens pleroſquè paralelos, quos vitas appellant, Latinos fecit. Videlicet.

Vitam Theſei. *Quemadmodum in orbis ſitu.*

Vitam Romuli. *Vrbis Romæ nomen.*

Vitam Ligurgi. *De Ligurgo legum datore.*

Vitam Numę Pompilij. *Eſt autem de Numæ regit.*

Vitam Solonis. *Didimus grammaticus.*

Vitam

Vitam Publicolę. Cum igitur his moribus præditus.
Vitam Themiſtocl. Themiſtocli initia.
Vitam Camilli. Curius Camillus.
Vitam Periclis. Cæſarem cum peregrino.
Vitam Phocionis....oratorem tradunt.
Vitam Catonis iunioris. Catonis genus principem.
Vitam Arthaxerſis. Arthaxerſes ille primus.
Vitam Arati. Chriſippus philoſophus. & multa alia de Græco Turbine conuertit, & ex proprio ingenio elucubrauit, at cum extremam manum illis nequaquam imponere valuerit, in lucem non venerunt. cum enim trigeſimumtertium ageret annum, citiſſima illum mors quaſi in medio laudum curriculo rapuit. claruſquè habitus eſt. 1430. & in vaſto templo ſanctæ crucis de Florentia in cuius valuis veteribus Caſtilonchium inſignia conſpiciebantur, depoſiti ſunt ipſius cineres. Vgolinus autem Verinus in eius laudem habet hęc.

Te lape mors iuuenem nimis inuidioſa peremit.
Ingenij ſed multa cui monumenta ſuperſunt.

LAPVS Gianninus, poeticæ artis non ignarus, multa compoſuit atquè typis excuſſit, multaquè alia apud ciues ſuos ſeruantur. Enituit. 135.

LAPVS Alphanus Poeta, opera plurima poſteris libentiſſimè tribuit. 1290.

LAVRENTIVS Ghibertus in hunc mundum inductus, vt non tantum ſua nobiliſſima arte infuſoria, & ſculptoria ſanctorum Patrum veteris Teſtamenti glorioſa geſta in duabus illis tanti nominis valuis Baptiſterij Florentini quaſi digito demonſtraret, ſed etiam vt pictorum, ſculptorum, & architectorum, qui ipſum præceſſerunt, & concomitati ſunt actus diligentiſſimo calamo explicaret, præmemoratorum artificum vitas digeſſit, è quibus poſteri, qui huiuſcemodi negocium poſtmodum ſunt agreſsi, complura lectu & notitia dignisſima deprompſerunt.

LAVRENTIA Stroztia monialis Sancti Nicolai de Prato ordinis Sancti Dominici ſcripſit in ſingula totius anni ſolennia Hymnos Latino carmine elaboratos, & ad Reuerendiſsimum D.D. Lactantium de Lactantijs Epiſcopum Piſtorienſem conſecrauit. Exorditur.

Prima

Prima currentis celebratur anni.
Hunc dies ſacro Puero dicata.
Patre diuorum genito pudica. &
Matre Maria.

LAVRENTIVS, Guathius vitam Vgonis comitis Madeburgenſis ad modum eleganter conſcripſit ad R. Celſum Abbatiæ Floren. Abbatem. & exordium eſt. Vgo natione Germanus.

Claruit Anno Domini. 1430. Archetipon conſeruatur in Bibliotheca Abbatiæ Florentinæ.

LAVRENTIVS Rodulphus familia, & ingenio nobilis, vtriuſquè Iuris prudentiæ doctor conſumatiſsimus, maxima ſententiarum grauitate, & optimorum conſiliorum cognitione excultus, qui ſui claritudinem famam, atquè decus per varios tractus, publicè in interpretandis legum enigmis, diſſeminauit. poſteritati conſulens ſuę doctrinę monumenta nunquam peritura reliquit.

Tractatum de vſuris vberrimum. & incipit, *Repetitis rub.*

Diſputationes in materia Montis pietatis, & defenſorium & exordium eſt. *Quæſtio trimembris.*

Repetitiones in iure canonico. ſuper Decreto.

De contractibus mercatorum. & quædam alia, Floruit. in cuius laudem hæc ſcribit Vgolinus.

Diuini interpreti Iuris Laurentius omnes.
Doctrina & morum ſuperat bonitate. Ridolphus.
Inter primores longè clariſſimus Vrbis.

LAVRENTIVS Strozza vir Conſularis grauiſſimus familia nobilis, ſed nobilior animo, libellum in ſexdecim capita diſtributum conſcripſit, vbi de Patientia agit. Ad Sereniſſimum Coſmum Med. exorditur. *Quantunque trattando.*

LAVRENTIVS Giacominus vir omni doctrina refertus, fidelium vtilitati conſulens tractatum edidit attitulatum. *Esortatione alla vita Criſtiana, & conformatione della fede.* Primò Florentię impreſſum 1571. incipit. *Il zelo dell'honore de Dio.*

LAVRENTIVS Bonincontrus cuius laudes, & virtutes ad cœlum vſque extollunt ſummis præconijs Ficinianæ epiſtolæ, vt poeta elegantiſsimus, & Aſtronomus altiſsimus, & Phœbum, & Saturnum pedeſtri, ſolutaquè oratione exornauit quæ, & ſi ho-

ſi hominum iniuria aboleuit, temporis tamen iniuria nequaquam eius præconia à magno Marſilio decantata interibunt. 1499.

LAVRENTIVS Medices Petri filius Coſmi nepos, Leonis Decimi pater Doctorum hominum parens, & Mecænas, ingeniorum ſubtilium peracutus æſtimator, eloquentiæ grauis Cenſor, poeticæ artis fœlix ęmulator, rerum antiquarum diligentiſſimus indagator, libertatis publicæ acerrimus Tutor, & Patriæ denique pientiſsimus Pater, quin potius totius Italiæ cuſtos, & vindex, qui ſuo conſilio, opera libris, ac proprijs ſumptibus Academiam doctiſsimorum virorum cæteros Europæ ęgregios homines doctrina longè præſtantium conſtruxit, auxit, & conſeruauit, in propriamquè domum ſumma cum hilaritate, ac magnificis etiam honoribus excepit. Quem Ficinus Muſarum ſummum ſacerdotem vocitat, cuius ductu felici Homerus in italiam venit, & complures alij authores græci grauiſsimi dulce hoſpitium, & apertũ reperierunt. & ipſe inter doctiſſimos viros reponendus eſt. Quamuis enim publicis curis perpetuò angeretur, nunquam tamen diem ſine linea prætermiſit, quin aut legendo, aut ſcribendo, aut diſputando, aut aliquid à cæteris audiendo memoriæ mandaret, litteriſquè conſecraret, & id quidem verbis non captatis, ſed electis, non fucatis, ſed illuſtribus, non quæſitis, ſed neceſſarijs, non rem explicantibus, ſed ipſam rem oculis ſubiicientibus, vt optimè teſtatur Mirandula ille toto terrarum orbe cantatiſſimus, in cuius ſtili laudem ſuis in epiſtolis hęc habet. Quis enim in rithmis, & numeroſa verſuum iunctura ſaltantes ad numerum gratias non perſenſerit? Quis enim in canore dicendi genere, & modulato canentes Muſas non audiat? Quis in lepore non affectato, hilari argutia, mellitis ſalibus, miro candore grauiſſimos ſenſus ex penetralibus philoſophiæ erutos non percepit?

Is itaque tantus vir in primis elegantiſſimas epiſtolas conſcripſit ad Politianum, Ficinum, Mirandulam, cæteroſquè viros grauiſſimos, quæ hinc inde excuſſæ habentur.

Rurſus complures ſonettos, capitula rithmos, & cætera id generis, inter quę potiſſimum extat opuſculum attitulatum, *Selua di Amore*, cuius initium eſt. *Dopo tanti ſoſpiri, & tanti omei.* Inſuper libellum cui titulum fecit Poeſiæ vulgari, & incipit. *Tanto crudel fù la prima ferita.* Præterea ſuper aliquos ſuos ſonettos cõmentaria lucidiſſima, & initium eſt. *Aſſai ſono ſtato dubioſo.* &c.

Obijt

Obijt Florentiæ & in ædibus ſancti Laurentij reconditus eſt. Sed quam clarus ciuitati fuerit, mœrore publici & ampliſſimi funeris indicatum eſt. Vniuerſus namque populus accurrens lachrimas fundere viſus eſt & magiſtratus omnes cadauer concomitantes tanto patre orbati flere non erubuerunt.

Latomius autem hæc cecinit.

De te dicam, ſed enim ſi dixero, quantum eſt,
Vel te Dijs gentium, vel genuiſſe Deos.
Vatibus Auſonijs mandatum hoc muneris eſto
Carpere nam laudem eſt violare tuas.

Vgolinus Verinus pariter & ipſe hęc cecinit.

Quin & magnanimus Medices Laurentius Heros.
Verſibus alterni terſi de more Petrarchæ,
Pondere ſub tanto rerum, ſic luſit amores
Incerta vt teneris viſit prudentia cartis
Carminaquè ad ſeros ſint peruentura nepotes
Si non perteſum limæ eſt, ſi vita ſuperſtes.

LAVRENTIVS Laurentianus dialecticæ, philoſophię & medicinę perpetuus cultor, quas profectò ſcientias aliquandiu, & Florentiæ, & Piſis publicè interpretatus eſt, incredibili ſanè audientium vtilitate, quippequi in inquirendo ſagax, in explicando circunſpectus, in contemplando ſubtilis, in iudicando grauis, & facilis in enodando earum ſcientiarum abdita iugiter extitit. Hæc ingenij ſui elegantibus litteris dedita, & varietate linguarum exculta poſteritati legenda tranſmiſit. Videlicet.

Commentariorum Galeni in Hippocratis prædictiones libros tres vertit, qui in reliquis Latinis Galeni operibus publicati ſunt.

Item artem paruam Galeni, & de differentiis febrium libros duos Pariſiis impreſſos. 1539.

Item commentatus eſt tres libros de Anima, & lib. de generatione animalium, Quæ commentaria apud Franciſcum Verinum extant impreſſa. Sed in horum illuſtrium laborum curſu miſer ſeſe in profundum putei præcipitauit, circa annos Chriſtianæ ſalutis. 1515. cuius mortem & mortis cauſam his carminibus exponit Mirthius inquiens.

Spe deſtitutus commodum ſibi domum
Parandi, & anguſtæ magis quàm patria
Florentia natum ædibus mirabili

Decebat,

Decebat infœlicem agens vitam miſer.
Laurentianus ſe puteo in præceps dedit
Anguſtiori:ne ſepulchrum largius
Eſſet cadenti, quàm fuerat viuo domus
Quæ nunc parata litteris illi patet.
Talis polo, qualem nequeat orbis dare.

Latomus verò & ipſe hęc cecinit.

Candida laurus erat, quondam prælata ſepulti
In titulo, geminis (gloria rara) notis
Artes dum colit, dum clarus Apollinis inter
Miſtas: perpetuus viuere dignus erat
Quæ ſuper hunc tumulum fuluis modò paſſa capillis
Stultitiam Domini deflet, & ipſa ſui
Qui ſibi ſpes ſubito quod erat præciſa parandi,
Optabat quali commoditate domum
Fortunæ impatiens, puteum ſe miſit in altum
Sicquè miſer vitam perdidit atquè animam
Hoc eſt verſuram vitæ feciſſe, domuſquè
Nempè perire malè, nunquam habitare bene.

LAVRENTIVS, Volpaię, mathematicus præcipuus inter nobiliſſimos ſui ingenij fœtus peperit Horologiũ, in quo ſummo ſtudio, & exacta admodum diligentia quicquid de ſideribus, & cœlo excogitari poteſt, id etiam proprijs manibus perfecit & demonſtrauit.

LAVRENTIVS Lippus Græcarum litterarum peritiſſimus, & poeticæ artis diſertiſſimus, Appiani poetæ Halieuticon, ſiue de piſcibus libros quinque latinos fecit verſibus hexametris ad Laurentium Medicen. Eiuſdem Diſticha vltra centum exiſtunt de rebus varijs excuſſa Argentorati. 1534. cum Pauli Iouij libro de piſcibus. Clarus vixit. 1450.

LAVRENTIVS Medices Petri Franciſci filius philoſophus inſignis, & comicus ſingularis, litteris inter cætera conſignauit Comœdiam, cui titulum fecit Aridoſio, & nonnullas alias. fato ceſſit Venetijs. ibiquè reconditus.

LAVRENTIVS de Buondelmontibus rerum antiquarum diligentiſſimus indagator, & bonarum litterarum aſſiduus æmulator. Elaborauit indefeſſo labore ſumma diligentia, & ingenti

genti impenſa ſuæ nobiliſſimæ,& antiquiſſimę familiæ arborem, in qua vetuſtorum Patrum nomina pęnè emortua ad vitam reuocauit. calcographis autem tantorum procerum ſeries excuſſa eſt Florentiæ. 1570. Viuit.

LEo Decimus Pont. max. Laurentij magni Medices filius & paternæ virtutis hæres epiſtolas nonnullas elegantiſſimas dictauit. inter cæteras autẽ ad Henricũ Angliæ Regem. Obijt Rom. & ſepultus eſt apud Mineruã. Sepulchro marmoreo in hac inſcr.

LEo Baptista Albertus Laurentij filius ampliſſimi Cardinalis Alberti de Albertis nepos, Abbatiæ ſancti Seuerini Piſani præſul digniſſimus, vir, & rethorico liquore, & poetica varietate ac totius philoſophiæ emicantiſſimo ſplendore expolitus; Iuris prudentia, Geometria, Aſtrologia, Muſica, pingendi, & ſculpendi facultate inſtructiſsimus, cuius ingenij acumen propè prodigioſum ad omnes ſcientias, cæteraſquè artes ſic natura conuertit, vt potius ad earum ſecreta diuina perueſtiganda, ſingulorumquè entium latentes eſſentias productus crederetur, quàm vt mortali corpore interceptus humanam duceret vitam, multa vt doctus, grauis, compoſitus, eruditus, & excuſſus conſcripſit, in quibus nil expoſitum, nil triuiale, ſiue ſententias, ſiue verba ſpectes, conſpicere licet, quin potius in his ſui ipſius præſtantiſſimis ſcriptis ſic ſemper prioribus certant ſequentia, & nouę fertiliter inter legendum efflorefcunt gratię, vt perpetua quandam acclamatione interſpirandi locus non detur. ſunt autem hęc.

In primis agreſſus eſt libros decem de arte ædificatoria inſcriptos opus ſanè proper lingue inopiam valde impeditum, nec ſatis eloquentiæ capax, ſed ab ipſo tanta facundia excultum, vt imperiti eius ſæculi, & certa diſciplinæ carentes architecti in ſemitum rectiſsimæ rationis deducti credantur: cum ibi Vitruuij præcepta diuerſiſſimis obſeſſa tenebris illuſtrauerit.

Conſcripſit etiam in pictura de receſſibus, & vmbris, & lineis.

Extat ſimiliter apologorum vrbanæ grauitatis libellus ad Franciſcum Mareſcalcum, quo Aeſopum inuentionis amœnitate ſuperaſſe iudicatur.

Rurſus elaborauit de commodis, & incommodis litterarum librum vnum. ad Carolum fratrem. quem ſic exorditur. Laurentius Albertus parens.

Præterea de iure ad Franciſcum Coppinum Pratẽſem tractatũ. cuius exordium eſt. *Et ſi à veſtris Iureconſultorum ſcriptis.*

Euigi-

Euigilauit adhuc Dialogum ſummæ gratiæ, cui titulum fecit Momus. quod ſanè opus cum antiquis operibus multorum ſententia comparandus venit. His omnibus accedunt.

Libellus de Triuia, cuius initium. *Senatorias cauſas aduerte.*

Oratio funebris pro cane ſuo. *Erat in more apud.*

Vitam ſancti Hippolyti martiris.

Tractatus Cifera inſcriptus.

Tractatus Mathematica intitulatus.

Dialogus de vita ciuili & rurali.

Libellus ſtatua dictus.

Tractatus Muſca appellatus.

Altet Tinetulus. Hechatonphila nominatus, quem inſequitur Dialogus, qui Dei fera dicitur. Deſcripſit Corographiam Vrbis Romæ antiquæ.

Librum de Nauibus. De Equo animante. Libros tres de Economia idiomate patrio Et quamplurima carmina.

Clarus autem habitus eſt. 1452. Politiani familiariſſimus, qui audita eius morte nobile cecinit encomium. Vgolinus autem Verinus hæc habuit.

Nec minor Euclide eſt Albertus vincit & ipſe
Vitruuium: quiſquis cæleſtes attollere moles
Affectat; noſtri relegat monumenta Baptiſtæ.

Sed Ianus Vitalis clarius ipſum extollit his carminibus.

Albertus iacet hic Leo, Leonem
Quem Florentia iure nuncupauit
Quod princeps fuit eruditionum
Princeps vt leo ſolus eſt ferarum.
Latomus denique & ipſe hoc Epitaphium dictauit:
Quiſquis barbarus es, rudiſquè Phœbi
Hoc ſaxum pedibus caue prophanes.
Quod ſanè eximium tegit Leonem.
Peius ange tuum genus Peroſum
Nam muſis ſacer eſt, eaſquè ſecum
Vel hic in cumulo moratur oris
Docti blanditijs: vel ipſe cum illis
Indagat clarios comes receſſus.
Doctis multiuagam referre prædam
Nam rarò vnde ſolet ſtupenti Apelle
Atque Vitruuio ſagacitatem.
Sed quid te dubium morer? Leonem
Albertum ſatis hi loquuntur vngues.

Conquieſcit

Conquieſcit Florentiæ in ampliſſimo templo Sanctæ Cruci apud ſuos.

LELIVS Ballionius ordinis ſeruorum B.M. V. ſacræ Thæologiæ doctor, diſputator ſubtiliſſimus, Philoſophus grauiſſimus. atquè concionator gratiſſimus, qui ob ſuas præclaras animi dotes non ſolum Senis, & Bononiæ Philoſophiam, & Thæologiam ſuis patribus explicuit: Sed in Romana curia Procuratoris generalis officium ſumma prudentia exercere valuit. Pater ſanè maximè exiſtimationis, qui cum adhuc eſſet iuuenis tractatum de Prædeſtinatione poſteris reliquit ad Reuerendiſſimum D. D. Alexandrum Piccolomineum Archiepiſcopum Senarum exorditur. *Deus cum cum ſit omniquaquè ſciens.* Inſuper ſcripſit & excudere fecit alterum de peccato Originali tractatum. Sereniſſimo magno Hetruriæ Duci Ferdinando Mediceo. Sanctæ matris Eccleſiæ Cardinali ampliſſimo dicatum. incipit. *Peccati originis naturam.* Viuit.

LEONARDVS Statius illuſtris Ordinis Sancti Dominici Pater Venerabilis diuini verbi Orator inſignis, ſacrarumquè litterarum præclarus interpres, qui ob ſuam eximiam ſapientiam cum prudentia admirabili coniunctam, non tantum in præfecturam (ex procurator generali, ac magiſtro ſacri palatij) totius Ordinis Prædicatorum ſubrogatus eſt (communi Patrum ſuffragio, in Comitijs Generalibus, Floren. habitis, anno Chriſtianæ ſalutis. 1415. in Monaſterio Venerabili Sanctæ Mariæ Nouellæ, cuius erat filius) verùm etiam in celebratiſſimi Conſtantienſi Synodo ædita pro extirpanda ſchiſmate trium ſe pro Chriſti Vicarijs gerentium videlicet Gregorij. 12. Bened. 13. & Io. 23. vnus delectus eſt, cum aliis pluribus pro nouo Pontifice cum Cardinalibus eligendo. Inſuper Metheoram Ariſtotelis verſibus elegantiſſimis exarauit.

Compoſuit opus concionatoribus, & Thæologis admodum gratum, quod intitulauit petitiones. & ſic incipit. *Faciem tuam laua anima fidelis.* Extat autem in eodem Monaſterio nō impreſſam Florentiæ. Vita exceſſit, poſtquam decem annis, & menſibus ſeptem primarium præſulatum prudenter adminiſtrauit. 17. Cal. April. ann. ſal. 1425. & in medio inſignis Eccleſiæ eiuſdem Monaſterij reconditus eſt ſepulchro æneo, hāc inſcriptione habente. *Celebris hic memoria colitur clari religioſi fratris Leonardi Statij de Floren. ſacræ Thæologiæ, ac totius Ordinis Magiſtri Generalis.*

LEONARDVS Dathius Latinus terſiſſimus, & Græcus facundiſſimus, ad optima quæquæ ſtudia maximè idoneus. In primis ad poeticam ſuo ingenio infaticabili quadam cupiditate bonorum ſtudiorum ſemper occupato, euigilauit elegias nonnullas, ac quaſdam Tragœdias & opuſculum (teſte Leonardo Aretino) contra inuidiam, necnon, & alterum opuſculum, in quo Pauli ſecundi geſta commemorat. Floruit. 1430. Vgol. Verinus in 2. lib. ſic inquiens.

Tranſieram imprudens Leonardi carmina Dati
Qui pede Romano, numeriſquè ligauit hætruſcis.
Heroes, lyriciquè modos ſub pondere rerum
Dum ſacra Pontificis tractat myſteria Pauli.

LEONARDVS Giacchinus euecto ingenij acumine inſignitus, totius philoſophiæ micantiſſimo ſplendore excultus, & Medicæ facultatis doctrina exornatus, qui ſuis ſapientiæ ſalibus publicè Piſis legendo eas ſcientias ad plenum condire viſus eſt, cum ad earum ſecreta perueſtiganda, latenteſquè eſſentias perquirendas potiſſimum productus videretur.

In primis eruditè, fideliter, ſalſequè Galeni libellum de præcognitione è Græco in Latinum conuertit. cui adiecta eſt oratio apologetica.

Rurſus proprijs vigilijs elaborauit librum vnum de numero, & entitate indicationum inſcriptum.

Denique tractatum aduerſus Auicenam, & Meſuen, & omnes vulgares medicos, quos Gryphius excuſsit Lugduni. 1540. cum quibuſdam alijs Academiæ Florentinæ opuſculis.

Præterea eruditiſſima Commentaria in nonum librum Raſis Arabi medici ad Amaſorem regem. Quæ poſtmodum opera Hieronymi Donzelini Philoſophi, & medici Veronenſis emendata, & impreſſa fuerunt Baſileę. 1564. Enituit. 1500.

LEONARDVS Malapina è Congregatione Sancti Saluatoris, pater venerabilis Philoſophus inſignis, & orator venuſtiſſimus quem natura parens tanta decorauit eloquentia vt Cicero ad vitam reuocatus videretur. Quaſdam orationes in lucem miſit habitas coram ſanctiſſimis Pontificibus. Item epiſtolas ad Atticum maximè correxit. Obijt Romæ 1571. Et in ædibus Sancti Petri aduincula humatur.

Leonar-

LEONARDVS Saluiatus Sancti Stephani eques illuſtriſſimus, in ſcribendo idiomate materno, & metricè, & proſa elegantiſſimus. Qui vt orator inſignis complures concionatus eſt orationes, quæ poſtmodum in vnum collectæ fuere in quibus ita varius abundans, facundus, elegans, & vrbanus apparet vt totam Ciceronianam linguam imbibiſſe videatur. Vt comicus non nullas comœdias contexuit. Vt Academicus Florentinus varias lectiones habuit. Dialogumquè de amicitia ſcripſit. Viuit adhuc.

LOTTERIVS Neronius à Ficino philoſophus inſignis nuncupatus, & quandoquè conphiloſophus dictus, quædam annotauit, quorum notitia deſideratur. Claruit. 1499.

LOTTVS poeta nõ ignobilis, ſed comicus celeberrimus comœdias admodum argutas dictauit, quarum præcipua, ea eſt, cui titulum fecit. *La Vedoua in Palatio Ducali* ingenti procerum, ac nobiliſſimorum virorum frequentia aſtante recepta. Viuit adhuc 1572.

LVCAS Manellus ſectæ Dominicanæ cucullatus, qui cum philoſophus, thæologus, & declamator eximius exiſteret. Præſulatum Oſmenſem, & deinde Fanenſem promeruit. Satis ſcitè expoſuit libros moralis Senecę, ipſiuſquè epiſtolas, & nonnulla alia poſteris tranſmiſit, qui in Bibliotheca S. M. N. cuius Cœnobij filius dilectiſſimus erat, aſſeruantur. Obijt Floren. 1363. & in eadem baſilica reconditus.

LVCAS Pulcius poeta non ſpernendus, qui primus cum Aloyſio, & Bernardo fratribus eorum carminum fuit inuentor, quæ Romanzi vulgò dicuntur. In hoc genere complura elaborauit, quæ ab hominum manibus dulciſſimè excipiuntur, & leguntur. & inter cætera extant Epiſtolarum libri carminibus conſcripti. & volumen inſigne cui titulus eſt Ciriffo Caluaneo. floruit in maximo prætio 1470.

LVCAS Robbia vir politiori litteratura excultus, & hiſtoricus percelebris Latino eloquio euigilauit vitam Bartholomæi Valoris viri conſularis grauiſſimi. claruit. 1500.

LVCAS Ferrinius Seruita ſacræ Thæologiæ doctor, Prati ſacri Cœnobij filius, doctiſſimi, & eccellentiſſimi Thęologi. M. Michaelis Pocciantij Florentini eiuſdem ordinis alumnus, qui vt tanti viri ſectaretur veſtigia ſua in iuuenili ætate dictauit quamplurima. Videlicet.

Salutationis Angelicæ expoſitionem auream, in qua quinquaginta duo nomina Chriſti explicauit. Sereniſſimæquè Leonoræ Mediceæ Gonzagæ Mantuæ Duciſſæ conſecrauit. cuius exordium eſt. *La ſapienza, e prouidenza diuina.*

Cathalogum hunc percelebrem, ſpiratis ſui Magiſtri diebus ad exitum perduxit, ordine muniuit, atquè tabulis exornauit. exorditur. *Accurtius Azzonius auditor.*

Librum ſex partibus digeſtum contra recentiores hebræos ſummo labore, vigilijſquè non paucis contexuit, cuius titulus eſt, Clypeus Chriſtianorum. Incipit. *Scripſerunt, qui naturas rerum curioſius indagarunt.* Tractatum de Nobilitate Sculturæ, & Picturę, quis harum duarum artium eſſet præſtantior dictauit. cui additur libellus de coloribus Ariſtotelis è Latino in Hetruſcum ſermonem translatus Ad Ludouicum Cardum ciuem Florentinum Pictorem, & fratrem ſuum Vterinum. incipit. *Merauiglia grandiſſima partorirno ſempre nelle menti degli huomini.*

Item additiones in librum ſeptem ſanctorum Patrum fundatorum ſacri ordinis ſeruorum Florentiæ excuſſum ad D. Petrum Vſimbardiũ primum à ſecretis magni Ducis Hetruriæ Ferdinãdi Medicis exorditur. *Roma Città famoſiſſima appreſſo tutte le nationi.*

Diſcurſum, vbi quantum Seruorum Religio in vinea Domini valuerit aperitur. Incipit. *Quando i principi di tutte le coſe naſcano miſterioſamente da Dio.*

Diſcurſum, Vbi de Nobilitate Florentinorum contra maleuolos diſputatur. exorditur. *Con meco ſouente penſando.* Quos omnes ad Dominum Petrum Vſimbardium primum à ſecretis Magni Ducis Ferdinandi Medicis conſecrauit. Adhuc Deo Duce, vitam inter mortales viuit. 1589.

LVDOVICVS ſiue Aloyſius Marſilius Eremitani inſtituti in nobili ſancti ſpiritus Monaſterio profeſſor omnibus diſciplinis tàm ſacris, quàm humanis imbutus, Orator facundus, philoſophus ſubtilis, & Thęologus ſingularis, qui ob has ſui animi dotes tantam apud Ciuitatem Florentiam gloriam ſibi comparauit, vt eò vitam viuente non ſolum præſtantiſſimi Vrbis primates ad ipſum tanquam ad diuinum quoddam

oraculum

oraculum vndiquè confluere, ſuæquè ipſius ſapientiæ, ac prudentiæ, in maximis Reipublicæ perturbationibus res magni momenti committere, oratoremuè deſignare ad amplissimos Principes (teſte Aretino) non dubitarent: ſed etiam eodem vita functo ijdem Patres publicis ſumptibus in Cathed. Eccleſiaſtica humandum atquè elegantiſſimo ſepulchro cohoneſtandum inſtituerent. Plura ingenij ſui præclara opuſcula poſteris tranſmiſit, quæ omnia ob temporis iniuriam, hominumquè imperitiam periere: præter opus quoddam inſigne in Bibliam carminibus exaratum, in Bibliotheca Sancti ſpiritus aſſeruatum. Gloria tamen tanti viri nunquam interibit cum grauiſſimos ſui nominis laudatores habeat, quorum præcipuus extat elegantiſſimus poeta Franciſcus Petrarcha qui in libro 15. Epiſtolarum ſenilium ita ſcribit.

Magnam tui nominis vberem materiam, & lætandi tribuit, & ſperandi, ante alios mihi, quo fortaſſe non alius in te oculos altius defixit. clarum tibi lumen ingenij Deus dedit, induſtriæquè nobilis ſtimulos addidit, atquè ex his notitiam rerum variarum pro ætate mirificam &c. Et paulò inferius idemmet aſſeuerat ſæpe ſecum in ſilentio, & poſtea cum amicis repetijſſe. Affirmat Poggius in quadam laudatione funebri pro Nicolao Nicolo habita. Eius cælula ab ęgregijs adoleſcentibus, qui ſibi vitam eius, & mores propoſuerant imitandos. iugiter frequentabatur. Ob id plurimos erudiuit, liberaliterquè inſtituit. Qui viri doctiſſimi euaſerunt, ſed emicuere inter alios Ioannes Laurenſis, Robertus Roſſius, & Nicolaus Nicolus, qui rebus cæteris poſthabitis, nunquam à latere diſcedebant tanti viri. Obijt Florentiæ 1450. At cum viuens omnibus profuiſſet publicèquè conſuluiſſet commoditati, curauit pariter, vt poſt exactam ſanctiſſimè vitam laborum ſuorum fructus ad poſteros emanarent, ob eam rem ingentem librorum copiam quos multis ex locis conquiſierat, Bibliothecæ ſui Monaſterij legauit. Ipſius autem oſſa recondita ſunt in Cathedrali Florentina ad lęuam quo in loco ipſius Imago depicta conſpicitur, & in ſepulchro hoc epitaphium inſcriptum habetur. *Florentina ciuitas ob ſingularem eloquentiam clariſſimi viri Magiſtri Luiſii de Marſiliis ei publico ſumptu faciendum ſtatuit.*

LVDOVICVS Martellus Muſarum alumnus dulciſſimus, interomneſquè altiſsimas ſcientias optimè educatus, ſonetos, cantica, tragedias & alia complura id generis ſalibus innumeris conſperſa doctiſsimè elaborauit, quorum omnium initium eſt.

Co i piu be gli occhi. E latino pariter librum quartum Virgilij elegantiſsimè in maternum ſermonem conuertit. & exordium eſt. *Gl'egregi fatti.* E medio ſublatus eſt adhuc iuuenis annum ſcilicet. 28. agens. 1527. in amœniſſimo regno Parthenopeo.

LVDOVICVS Guicciardinus vir ingenij excellentis, triplici lingua nitidus, materna nempè, latina, & gręca, ſed mathematicus, & antiquarius percelebris: hęc à lectoribus libentiſſimè & auidiſſimè ſuſcepta dictauit.

Deſcriptionem inferiorum regionum Germaniæ Philippo Hiſpaniarum Regi parentium, in qua etiam tabulis lineatis originem, & nobilitatem ciuitatum, oppidorum, montium, fluminum, ſimulquè illuſtrium virorum gloriam admodum accuratè hetruſco, ac nitido ſermone annotauit, & huius operis eidem Philippo inſcripti: initium eſt. *Eſſendo io dimorato.*

Item Commentarios earum rerum, quæ ſua tempeſtate hinc indè in toto Terrarum orbe geſta ſunt ad Sereniſſimum Hetruriæ Ducem Coſmum Mediceum.

Collegit quin etiam quædam præſtantium virorum geſta, & dicta, nempè diuerſorum Principum, Philoſophorum, & Auleatorum. Viuit adhuc 1588. meliora ſi fas eſt id aſſerere, poſteritati elargiturus. In cuius laudem hæc cecinit Nicolaus Guidius ad Arnum.

Thuſcorum quoddam genitus fœlicibus aruis
Impoſuit nomen, queis Dea Flora ſuum
Arne, tibi aduerſos ſuperans Veſpuccius auſtros
Sole vaſtos populos noſcere mille dedit.
Ille tamen madidas narrando creditur aures
Demulſiſſe modo non ſatiaſſe tibi
Vnde alio poſitas ſtat diſcere climate terras
Claudit, quas varijs Belgica limitibus,
Quas Rhenus, quas Moſa rigant ſchaldiſquè fluenta
Oceanus leuum queis lauit vſque latus
Ergo alter Ripe, Arne tuæ florentis alumnus
Singula qui expediat nunc Ludouicus adeſt,
Guicciardina Domus, ſcriptore haud nobilis vno
Quem dedit, & Belgas iuſſit obire meos,
Scilicet vt noſtris melius nos noſtra doceret,
Gentis amor noſtræ, gentis honorquè ſuæ.

MARCELLVS

M

MARCELLVS Virgilius Adrianus Ioannisbaptiſtæ facundiſſimi genitor, vir eloquentiſſimus in omni dicendi genere admirabili ſuauitate refertus, triplici lingua pleniſſimè ornatus, in inuentionibus diues, in diſpoſitionibus mirus, & in difficillimis rebus facilis, cuius virtutes non vulgares promeruerunt vt Reſpub. Florentina poſt Leonardum Poggium, & Bartholomæum Scalam ad ampliſſimum ſecretarij munus extolleret, expoſcentibus medicis non veritus eſt poſt Hermolaum Barbarum & Ioannem Ruellium de integro Dioſcoridem in Latinum vertere, ipſumquè doctiſſimis Scholijs illuſtrare. In quo perdifficili herbario negocio ab ineunte ætate accuratiſſimè diſſudauit. Coloniæ 1529. excuſſa eſt conuerſio etiam græco textu è regione Latinæ verſionis, & ſeorſum ſubiuncto Hermolai Barbari corollario.

Extat etiam inter cætera nobilis oratio de militiæ laudibus in concione habita, cum Laurentio Medici iuniori Militaris imperij inſignia, traderentur.

Concionem habuit funebrem inſuper in obitu magni Ficini.

Humanis ceſſit Florentiæ 1521. & extra vrbem apud ædes Diuo Franciſco dicatas ipſius reconduntur cineres. in cuius marmoreo tumulo inciſum hoc epitaphium legitur.

Marcellus Virgilius Reipub. Florent. ſecretarius ſibi vxoriquè ſuæ, & poſteris poſuit. Vixit an. 56. menſ.... dies 27. Obijt. 5. Cal. Decemb. 1521.

In pariete ex aduerſo eius hæredes effigiem marmoream ponendam curarunt, his carminibus exornatam.

Suprema nomen hoc ſolo
Tantum voluntas iuſſerat
Poni, ſed hanc ſtatuam pius
Erexit hæres neſcius
Famæ futuræ, & gloriæ
Aut nomen, aut nihil ſatis,

Latomius eum pariter hoc Epigramate cohoneſtauit.

Et tibi Virgilium dederunt Florentia Diui
Quo nomen inſtar Mantuæ

Nobile ſuſtinens, illa aurea quatenus ætas.
Permittit iſti ferre æ.

MARCHION Coppi Stephanij vir non ineruditæ doctrinæ, & hiſtoricus acuratiſſimus elaborauit hiſtoriam Florentinā ſuorum temporum. Et claruit. 1380.

MARCVS Petri de Succhiellis Domicani inſtituti cucullatus, ſacræ Thęologiæ doctor celebris, diuini verbi inſignis, facundus, & perfacetus Declamator, ſermones plures prædicabiles ſtilo facili dictauit, eoſquè in duos codices manu propria compixit, vt in Bibliotheca Marciana videre licet, in cuius depoſito aſſeruantur. Prior autem ſic incipit. *Ductus eſt Ieſus in deſertum.* Alter verò ſic exordium ſummit. *Paradiſus Terreſtris, vt Moyſes ſcribit.* Claruit. 1490. Sauonarolæ æmulator, & in ædibus S.M.N. cuius Cœnobij erat alumnus, reconditus eſt.

MARSILIVS Ficinus, Ficini Chirurgici ſingularis filius, in humanioribus litteris Lucæ Gyminianēſis, & Comodi auditor ſtudioſiſſimus. Cathedralis Florentinæ Canonicus religioſus, Geometra, Aſtrologus, Philoſophus, Medicus, & Thęologus nuſquam ſatis laudatus. Platonica verò doctrina ita excultus, vt alter Plotinus Platonicus ad vitam reuocatus putaretur, è cœlo profectò miſſus ad Florentem Vrbem ornandam, ſiue potius orbem, veluti Plato ad Athenas illuſtrandas, cuius memoria ſanè prodigioſa tot rerum capaciſſima, ſimuluè tenaciſsima extitit, vt omnia, quæ vidiſſet, & audiſſet, ac ſibi adeſſent viderentur; & ingenium ſic admirandum, & diuinum, vt quis eſſet Plato, Ariſtoteles cæteriquè philoſophi, quin potius Saturnus, vniuerſiquè Planetæ, quoſuè effectus in terris hoc in loco, vel illo producerent, non ignoraret. Et deniquè ſic animi vires tanto robore, ac virtute, vt per deuios, & indomitos ſaltus vniuerſam Græciam peragrare, atque in Ægyptum vſque penetrare, ſapientiſſimoſquè illos ſenes noſtrę ętati ignotos ſuper humeros ſuos ad nos afferre non dubitarit, à quibus ſimiliter ita omnem obſcuritatem, quæ circa eos erat, amouit & mortalium oculos à caligine abſterſit, vt etiam eorum cor inſpici poſſet. Hæc quæ nunquā viderat italia, mira diſpoſitione, ordine, diſtributione, ac doctrina referta ſciētiarum omnium multiformi cognitione grauiter, doctè, ornatè acurateque elaborauit, & ante vigeſimum tertium ſuę ętatis annum aggredi non hæſitauit.

Hæc

Hæc autem in duos Tomos digeſta ſunt, quorum ſeries hoc pacto inſinuatur. In primo Tomo

De Religione Chriſtiana,& fidei pietate lib. 1.ad Laurentium Med.& incipit.*Aeterna Dei ſapientia.*

Thæologia Platonica Videlicet de immortalitate animorum, & æterna fœlicitate lib. 18. ad eundem. *Cum genus humanum.*

Commentaria in Epiſt. D. Pauli, & aſcenſus in tertium cœlum ad Paul. intelligendum. Et Prohemio incipit. *Scio hominem in Chriſto.*

Conciones quædam iocundiſſimæ.*Vna hæc homilia noſtra:*

De quinque panibus ſermo.*Ex quinque panibus.*

Declamatio de duobus diſcipulis euntibus in Emaus. *Ibant diſcipuli.*

Item alia Declamatio ſuper illud Pauli.*Si conſurrexiſtis.*

Rurſus de paſſione Domini.*Cæci ſumus omnes ò Domine.*

De laboribus & ærumnis D.paul.*Magnus ab alto.*

De ſtella Magorum.*Orietur ſtella ex Iacob.*

De Cãtico Symeonis ac vera fideliũ pace.*Conſolare nos Domine.*

De Creatione rerum. *Figulus principio.*

De Vita lib.tres ad Laurentium Medicen. quorum.

Primus de ſtudioſorum ſanitate tuenda.

Secundus de vita producenda.

Tertius de vita cœlitus comparanda. Incipiunt autem.*Bacchum poetæ ſumum Antiſtitem.* & in his ſanè libris ſe medicum conſumatiſſimum ſeſe inſinuat.

Apologia in qua de medicina, aſtrologia, vita mundi, atque de Magis Chriſtum ſalutantibus agitur. *Marſilius Ficinus Florentinus.*

Quod neceſſarium ſit ad vitam ſerenitas, tranquillitaſquè animi.*Marſilius Ficinus dilectiſsimus in veritatis venatione.*

Antidotus Epidimiarum tutelam bonæ valetudinis continens idiomate hetruſco conſcriptum, ſed latinitate donatum à Hieronymo Riccio. cuius exordium eſt. *Peſtis venenoſus quidam vapor.* Diſtinguitur autem in 25.cap.

Libri duodecim epiſtolarum elegantiſſimarum,quas in hetruſcum Sermonem ſatis accuratè conuertit. *Felix Figliuccius Seneſis.* & harum prima ſic exorditur.*Magnus Coſmus.*

In his verò doctiſsimis epiſtolis tractatus omnigena doctrina refertiſsimi proponuntur. Videlicet.

Dialogus inter Deum, Et hominem Thæologicus.

De diuino furore.

De

De fœlicitate.
Oratio ad Deum Thęologica.
Quęſtiones quinque de mente.
Compendium Platonicæ Thęologiæ.
Dialogus inter Paulum, & animam. *Et quod ad Cœlum non aſcendatur ſine Deo.*
Exhortatio contra Barbaros.
De Officijs
De laudibus Philoſophiæ oratio
Vita Platonis
Oratio de laudibus medicinæ
De philoſophia Platonica.
Apologia de moribus Platonis.
Diſputatio contra iudicia Aſtrologorum.
De Inſtitutione Principis
Oratio Gregis Chriſtiani ad Paſtorem Xiſtum.
Oraculum Alphonſi Regis ad Ferdinandum.
Orphica comparatio ſolis ad Deum.
Philoſophica Principis inſtitutio.
De Chriſtianæ legis diuinitate.
De Platonicorum contemplationibus.
Oratio de charitate habita in Collegio Canonicorum.
De Adoratione diuinæ virtutis.
Apologi de voluptate.
Excerpta ex Proclo in Repub. Platonis.
Apologia in librum ſuum de ſole, & lumine.
Oratio ad Carolum magnum Gallorum Regem.
De Prouidentia, vaticinio, remedijſquè malorum.
De Sole liber vnus.
De lumine liber vnus.
De voluptate liber vnus.

In ſecundo volumine

Dionyſij Areopagitæ translatio cum ſuis argumentis.
In diuinum Platonem Epitone, ſeu argumenta commentaria collectanea, & annotationem.
In Plotinum philoſophum ex Platonis familia natum de rebus Philoſophicis lib. 54. in quibus tota eius philoſophia quam breuiſſimè complectitur.
Expoſitio in Theophraſtum de ſenſu, phantaſia, & intellectu.
Mercurij Trimegiſti Pymander, De poteſtate, ac ſapientia Dei.
Æſcephus de voluntate Dei.

Athena-

Athenagoras Athenienſis de reſurrectione.

Iamblicus de myſterijs Egyptiorum, Caldeorum atque Aſſiriorum.

Prochus in Alcibiadem Platonicium de anima,& Demone.

Porphirius de occaſionibus, ſiue cauſis ad intelligibilia nos ducentibus.

Porphirius de animi aſcenſu, atque deſcenſu.

Perſellus de Demonibus.

Alcionus de Doctrina Platonis.

Pſeuſippus de Diffinitionibus Platonis.

Zenocrates de morte lib.vnus.

Pythagoræ aurea verba,& ſymbola. His omnibus accedunt.

Libri de Amore inſcripti,nondum impreſſi multoties ſuis in Epiſtolis producti, & præſertim in libro tertio ad Laurentium Medicen.

Rurſus commentaria in Lucretium,quæ edidit adhuc puer,vt teſtatur in vndecimo libro Epiſtolarum ad Martinum Vranium.

Præterea de Prouidentia Dei,& humani arbitrij libertate contra Aſtrologos vt habetur in quatuor earundem epiſt. ad Franciſcum Mareſchalcum Ferrarienſem.

Adhuc liber de pia fide, vt refert in tertio Epiſt ad Naldum Naldium.

Inſuper liber de diuina gratia, vt ſcribit in eodem tertio libro ad Franciſcum Mareſchalcum.

Et denique adhuc adoleſcens Latinos fecit Orphei himnos, & Homeri, atque Procli. Thæologiamuè Heſiodi tranſtulit.

Sed vt ipſemet in ijſdem Epiſtolis teſtatur, Vulcano has conuerſiones donauit.

Hæc igitur ſuo ingenio ſanè diuino horum bonorum ſtudiorum inſatiabili cupiditate iugiter occupato euigilauit tantus vir, & nunquam interitura æternitati libentiſſimè conſecrauit, digna ſanè,vt à poſteris eodem inſpiciantur aſpectu,quo Grçcia ſuorum philoſophorum elucubrationes,& Roma ſuorum Oratorum eloquentiſſimas conciones excepit.

Natus eſt autem (vt ipſemet aſſeuerat in nono libro ſuarum epiſtolarum) anno Chriſtianæ ſalutis. 1433. Die 19. Octobris, hora.21.Et in maximo prætio habitus apud magnum Coſmum, Petrum, Laurentium, Iulianum & cçteros literatorum Mocœnates. Quin potius apud omnes exteras nationes ipſius nomen maxima cum gloria aduoluuit, ingentiquè lætitia exceptum. Fato ceſſit nunquam tamen interiturus. 1499. in Cathedraliquè Ec-

clesia

cleſia apud cæteros reconditus eſt. quem elegantiſſima laudatione cohoneſtauit Marcellus Virgilius, & Reſpub. Florentina effigie marmora illuſtrauit hocquè illuſtri elogio, vt videre eſt ad læua eiuſdem templi propè valuas eccleſiæ inſcripto. Videlicet.

En hoſpes hic eſt Marſilius Ficinus ſophiæ pater,
Platonicum, qui dogma culpa temporum ſitu obrutum
Illuſtrauit, & Atticum decus ſeruans latio defendit
Fores primas, ſacras diuinæ actus lumine.

Vixit beatus ante Coſmi munere lauriquè medices nunc reuixit publico. S.P.Q.F. 1521.

Vgolinus autem Verinus hæc cecinit.

Nec non & Marſilius magno celebrandus honore eſt
Per quem nunc Itali doctum nouere Platona
Traduxitquè etiam Plotinum & dogmata Chriſti
Expreſſit, quæ vera fides: quis cultus habendus.

Eius vitam elegantiſsimè hetruſco ſermone deſcripſit Dominicus Mellinus.

MATTHÆVS Villanius Ioannis Villanij frater, antiquarum rerum diligentiſſimus inquiſitor, & præſentium ſtudioſiſſimus conſcriptor, poſt fratris obitum eandem hiſtoriam aggrediens eodem etiam ordine, eadem diſpoſitione, ac diſtributione dictauit ab Anno ſalutis. 1448. vſque ad annos. 1470. cuius hiſtoriæ in nouem libros congeſtæ initium eſt. *Eſaminando nel animo mio.* Humanis autem ceſſit. 1471. & in ædibus Diuę Anuntiatæ ipſius cineres tumulantur.

MATTHÆVS Corbinellus, vt ex quibuſdam carminibus idiomate latino conſcriptis in laudem Iannotij Manetti conſpici licet. poeta, tùm exquiſitus, tùm iucundiſſimus, multa non ſpernenda metricè conſcripſit. Claruit. 1400.

MATTHÆVS Palmerius inter hiſtoricos. poetas, oratores, & philoſophos diſertiſſimus. Qui ob has eximias virtutes, & cæteras nobiles animi dotes in fœliciſſimo Florentino Synodo omnium ſententia in præclaris viris reponi commeruit. Hæc lectu digniſſima poſteritati legauit, & in primis.

Libros quatuor hetruſco ſermone conſcriptos quibus titulum fecit de Vita ciuili ad Alexandrum de Alexandris, & prohemij exordium eſt. *Molte volte penſando meco medeſimo.*

Rurſus Chronicam Euſebij Cæſarienſis diligenter perluſtrans

ſtrans eam emendauit, vt vſque ad Annum Domini. 1448. complens magnifico Petro Mediceo Coſmi filio. intitulauit. & initium eſt. *Animis noſtris.*

Tranſtulit etiam Ariſtei de 72. interpratibus ad fratrem.

Opuſculum excuſſum cum alijs quorundam veterum Thæologorum opuſculis 1551.

Prӕterea Piſanam hiſtoriam dictauit, & poemata nonnulla Latinis, & Hetruſcis verſibus conſcripta.

His omnibus addiciiuntur orationes complures ſanè elegantiſſimæ.

Epiſtolarum liber vnus, & vita D. Nicolæ de Acciarolijs Neapolis, & Siciliæ Mareſcalchi.

Scripſit quinetiam Danthem æmulatus librum de Angelis prænotatum. Sed id nequaquam proſperè ſucceſſit. cum enim de diuinis perperam, incauteque loquutus fuiſſet, damnatus eſt. In eius verò laudem hæc cecinit Vgolinus.

Tu quoquè Palmeri quamquam te cæperit error
Spirituum, haud paruus, tamen es celebrandus honore
Inuentumquè tuum ægregium eſt rude carmen.
Latomius etiam hoc carmen dictauit.
Tempora iam multis poſtquam fugentia ſædis
Et velut in tabula geſta priora refers
Palmeri, inſignem præclaro hoc munere palmam
Morte vel inuidia penè crepante meres.

MATTHIAS Rampollinus muſicus venuſtiſſimus complura eximia armonia referta in lucem miſit ſuper Canzonas Petrarcę ad Sereniſſimum Coſmum Med. Mag. Het. Ducem. 1560.

MARIANVS Ordinis D. Franciſci Chronicas ſui Ordinis, & ſi ſuccinctè, fideliter tamen deſcripſit, in quibusnonnulla annotatione digniſſima ad vrbem Florentiam attinētia obſeruat.

Huiuſcemodi autem Annalia manuſcripta apud ſanctum Saluatorem olim Domum omnium ſanctorum extant. Enituit. 1430.

MAVRVS Matthius ſeruitanæ familiæ ſectator muſicæ cultor & organi pulſator iucundiſſimus, adhuc iuuenis ſuę ipſius artis teſtimonia in lucem miſit; Madrigales ſi quidem (vt aiunt) quatuor vocibus primo Venetijs excuſſos 1571. ad illuſtrem Pandolphum Bardium ex comitibus Verniæ & nonnullos

alios

alios ad illuſtrem Dominum Alexandrum Neronem Florentinum. Viuit 1589.

MAVRVS Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Virginis profeſſor, qui litteras Latinas, Græcas & Hebraicas ita tenuit, vt nemo melius perceperit, & ſcientias omnes tùm humanas, tùm diuinas ſic memoriæ ingenioquè fixas habuit, vt ille fermè ſibi innatæ crederentur, & Coſmographiæ adeò operam dedit, vt totius orbis prouincias, vrbes, ſitus, loca, tractus tandem omnes melius noſſet, quam ij, qui diutius in eis habitaſſent, & denique ſic muſicæ iuſudauit, vt vniuerſos armonicos ſonos ſibi à natura nulla dubitatione concreatas eſſe neceſſe fuerit affirmare, plura lectu digniſſima peperit, quorum magna pars ob litem inter ſeruitas, & humiliatos exortam diſperſa eſt. ab ineunte namquè ætate Humiliatorum familię Monachus extiterat, at cum Religionem illam deperire conſpiceret togam ſeruorum ſuſcipiēdam tutius exiſtimauit.

In quo ſacro Ordine tantum ſibi præmemoratis habitibus inter doctiſsimos, probatiſsimosquè homines excellentem comparauit, vt tanquam res diuina ab omnibus coleretur.

Ob eam rem eius habitaculum doctis, & ęgregijs viris ſemper refertum erat, qui ad eum tanquam ad commune diuerſorium litterarum accedebant, & nemo Florentiam, qui aliquid ſaperet, vnquam adibat, quin in primis Maurum, Mauriquè cellam, libros tabula, ſigna, inſtrumenta armonica, & cætera id generis, quibus maximè delectabatur, ſibi viſenda non putaret.

Huius itaque Patris labores, & ſi vbique diſperſi ſine nomine in hominum manus deferantur, hi tamen formis excuſſi habentur ſcilicet.

Sphera idiomate hetruſco conſcripta annotationibus, ac adiectionibus plurimis locupletata ad Geometriam Coſmographiam ſteromantiam, & proportiones elementorum, ac corporum cœleſtium maximè ſacientia.

His accedit traductio fidelis ſpherę ſacri Boſchi annotationibus illuſtrata. cuius exordium eſt. *Nel principio di ciaſcun' libro.*

Sphera Thęologica & Chriſtiana.

Sphera Platonica ad Coſmum Med. cuius exordium ſic incipit. *Per eſſere come dice il filoſofo.*

De Arte Nauigatoria. atquè tandem Epitome vtriuſquè muſices, ſuis diſcipulis dicatum, cuius exordium eſt. *Volendo trattar' della Muſica.* &c. & ſeruatur in Bibliothecæ Seruorum Beatæ

Marię

Mariæ Virginis.

Cum autem ad ſexageſimum tertium ętatis ſuę annum eſſet productus nulla adhuc infirmitate expertus, graui morbo oppreſſus à morte ſubripitur. 1556. 27. Septembris cuius corpus tumulatum eſt in ædibus D. Annuntiatę, cuius verò laudes publicè pronunciauit Reuerendus Pater Magiſter Zacharias Faldoſſius Florentinus, qui deindè præfecturam Generalatus eiuſdem Ordinis ſex annos admirabili prudentia gubernauit.

MAVRVS Arrighettus inſtituti Dominicani, Pater Venerabilis, & ſacræ Thęologiæ Doctor eximius, Pſalmos Dauiticos ſatis accuratè in maternum ſermonem conuertit, veritatem hębraicam ſectatus, ſic expoſcentibus monialibus ſancti Nicolai de Prato, quibus huiuſcemodi opus ęgregium conſecrauit. Obijt Florentię. 1570. menſ. Martij, dum eſſet prior Prouincialis Prouinciæ Romę & in ędibus ſancti Marci eius oſſa apud cęteros Patres recondita fuere.

MAVRVS Pandolphinus ex inſtituto Caſſinenſis congregationis Monachus Venerabilis, & obſeruantiſsimus elaborauit admodum argutè, & accuratè conuenientiam, & armoniam quatuor ſenſuum ſacrę ſcripturæ in quatuor libellos diſtributam, quę apud ipſum manuſcripta exiſtit. Viuit adhuc admodum ſenex. 1572.

MAXIMVS Caſſinenſis congregationis Pater in Latinam linguam è Gręca tranſtulit Arethę Cęſarienſis Epiſcopi commentaria in Apocalipſim beati Ioannis.

Item Commentarios Oecumenij tranſtulit in omnes Diui Pauli Epiſtolas, ſed cum quędam in fronte Capitulorum appoſuiſſet fidei Catholicę inconſona, ob id à ſacra Tridentina Synodo damnati eius labores fuere.

MARCVS Emilius Hiſtoricus percelebris, è Gręco in Latinum ſermonem conuertit Ioannem Zonaram de memorabilibus mundi rebus à conſtitutione ſęculi vſque ad annum. 6626. ad Illuſtriſſimum Dominum Franciſcum Ruſſellium Bedfordiæ Comitem, & præfationis exordium eſt. *Potrò veramente, & con ragione.*

Michael

MICHAEL Rubertius Zenobij filius. D. Marię Saluiatæ matris Magni Ducis Coſmi Medices alumnus, ſcripſit hiſtoriam ab origine mundi vſque ad ſua tempora, vbi ſummo ſtudio, ſummaquè diligentia Regnorum mutationes ipſorumquè annichilationes dictauit, & hæc omnia Dei iudicio ob ſcelera noſtra accidiſſe oſtendit.

MICHAEL Verinus eruditiſſimi Poetæ Vgolini filius, incomparabili ingenij fœlicitate prędítus, ſcientijs tùm humanis tùm diuinis admodum nobiliter doctus, vitę, ac morum probitate illuſtriſſimus, cum incredibile dictu, magis mori, quàm fœdari elegerit, qui ſic ab ipſo naturæ Authore ad exercendam poeticam autem Latinè procreatus eſt, vt à prima pueritia diſticha elegantiſsima elegiaco carmine ediderit, quæ veluti inſueta miraculorum ſpectacula omnium admiratione, & applauſu lectitabantur, & ab immatura morte de medio ſublatus fuiſſet, apud præſtantiſſimos Poetas primam ſedem (vlla dubitatione) ſibi comparaſſet, & plura volumina doctrina refertiſsima edidiſſet, hoc opus tantum dictauit inſigne, quod intitulatur *Diſticha ſententiarum ad Paulum Saxium Roncilionenſem Præceptorem ſuum*, cuius exordium eſt. *Roncilionis honor ſanctorum.* Fato ceſsit Florentiæ. 1483. in ea ætate in qua dum creſceret, dum floreret, copioſiſsima ingenij ſui fertilitate paſcebat vniuerſos, annum namque agebat. 22. ob eam rem Politianus hoc nobile elogium texuit.

Verinus Michael florentibus occidit annis.
Moribus ambiguum maior, an ingenio
Diſticha compoſuit docto miranda parenti
Quæ claudunt giro grandia ſenſa breui
Sola Venus poterat Lenio ſuccurrere morbo
Ne ſe pollueret, maluit ipſe mori.
Hic iacet heu Patri dolor, & decus vnde iuuentus
Exemplum vatis materiam cupiunt.

Reconditur autem eius cadauer in Baſilica ſancti ſpiritus.

MICHAEL Poccíantius ordinis Seruorum B. M. V. ſacræ Thæologiæ doctor inſignis Philoſophus, ac Hiſtoricus non vulgaris: diuini verbi declamator dulciſsimus, & in eſquirendis rebus antiquiſsimis indagator accuratiſſimus, vt hoc volumine quiſque facilè ſibi ſuaderi poterit. Vir ſanè omnium virtutum genere perpolitus, qui ſua immatura ætate Florentiæ apud ſuos

patres,

patres, Caſſinenſemquè familiam annis non paucis tùm Philoſophiam, tùm Thæologiam profeſſus eſt, qua virtute, vt optimus diuini verbi declamator ciuitates nonnullas & Italiæ, & Galliæ magno populorum concurſu exornauit. Quinimo vt ſapientiſſimus pater Bibliothecam nobiliſſimam in cœnobio Diuæ Annũciatæ cuius erat filius erexit, atquè optimis libris (plurimis aliis antiquiſſimis ad profeſſionem religioſorum minimè facientibus reprobatis) decorauit. Quamplurima etiam ſuæ religionis officia eſt conſecutus, quibus prudenter miniſtratis, tandem ſui ortus anno 41. efflauit animam. Hæc ſui ingenij monimenta poſteris relinquens.

Hiſtorias ſuæ Religionis ab anno 1233. quibus temporibus Seruorum Religio initium ſumpſerat vſque ad annum 1566. quo tempore prædictam hiſtoriam typis ipſe excuſſit. Exorditur. *Dum in ampliſſima.*

Dilucidarium in regula D. Auguſt. *Regulas tres.*

Mare magnum Seruorum B. M. V. iterum poſteris tranſmiſit cum additionibus, & annotationibus nonnullis. *Incipit. Cum iuſſu Reuerendiſſimi Zaccharię.*

Conſtitutiones eiuſdem, ſuæ religionis à Pio Quinto propoſitas imprimendas curauit, & notatis quibuſdam explicuit. *Ante omnia fratres cariſſimi.*

Librum materno ſermone conſcriptum de vitis ſeptem ſanctorum patrum fundatorum Religionis ſeruorum mirificè dictauit, cui adiecit diſcurſum de Religione, ac ſanctitate ciuitatis Florentinæ. atquè omnium Eccleſiarum, hoſpitalarium. ac ſocietatum cathalogum. Illuſtriquè D Bartholomæo Concinio ex Comitibus Pinnæ, ac Tallæ dicauit. incipit. tandem Cathalogum hunc percelebrem incepit, at immatura morte præuentus octauo Idus Iunij 1576. extrema videre nequiuit. Idcirco frater Lucas Ferrinius ſacræ paginæ profeſſor indignus tanti viri alumnus, ne gloria ciuitatis Florentię tenebris inuolueretur, & ne tot lucubrationes pro nihilo ab inuida morte haberentur ad exitum pro viribus perduxit in ordinem redegit, & tabulis, vt videre eſt illuſtrauit. Cuius cineres apud cæteros patres reconduntur. Laudationequè funebri frater Archangelus Priorinus ſacræ Thæologiæ magiſter eum cohoneſtauit.

In eius laudem hæc cecinit D. Ioannes Montius.

Quid uiros Clio ſterili ſub antro,
Quid Deos acri celebras auena,
Quos cohors Vatum recinit ſonoro

Carmine Lesbi?
Addita nam totfidibus canoris
Voce Toccianti Michaelis almi,
Quis nouus tantos volucer ſub auras.
Ferre valebit?
Nam Polo vt ſtellæ rutilant ſereno
Luna quas inter metuenda ceruis,
Horridis lucem gelidam reportat
Crine tenebris:
Sic veri FLORAE *nitidi refulgent,*
Nunc quibus magni Fabij Catones,
Reguli, Scauri, Deciuſquè honores
Inuidet altos;
Ille quos inter meritò triumphat
Nunc decus FLORAE *Michael canendus*
Frontibus doctis meliore plectro
Mercurioquè
Namquè tygres comiteſquè ſiluas
Ducere, & ventos celeres morari,
Voce cœleſti potuit materna
Callidus Orpheus.
Hic vagos ſolis, varioſquè curſus,
Hicquè naturæ penetrare cauſas,
Diſparem vt fermè, ſimilemuè dicas
Viuere terris.
Hic feras gentes, Populoſquè Chriſti
Deuios cæco valuit ſupernis
Sedibus lætis reuocare ab orco
Arte loquendi.
Ortus hic Paulo roſeo Deorum
Fontibus ſacris bibit ore nectar,
Quod ſuis, & nunc refluit libellis
Vt mare magnum.
Moribus quæ propoſitiſquè ſanctis:
Condijt, ſummæ vt probitatis eſſet
Lumen intactæ fidei renidens
Chriſtidiſquè.
Namquè vt aduerſam domuit ſuprema
Mente fortunam, & domuit ſecundam
Quod Deus paucis hominum benignus
Donat habere.

Inuidum

Inuidum fama ſuperare tempus
Hinc ſibi ceſſum, ſtygias, & vndas
Fallere, ac atras, humileſquè terras
More volantis
Muſa quo tendis? nimium proterua in
Nubium tractus, Phaeton aduſtus
Decidit, pennis homini & negatis
Icarus audax.
Aduoles ergo properante curſu
Aduagas Pindi, ac Heliconis oras;
Nec per hos montes operoſa tentes
Sola rudiſquè
Nam tuæ languent dociles ſorores
Quæ choros tecum facient decentes;
Sic aquas circum liquidas canetis;
Ore rotundo,
Nunc virum docta genitum Minerua.
Nunc viros flora genitos virenti,
Sic leues illi, & volitabit ille
Omne per euum.

MIchaelangelus Naldinius ordinis ſeruorum B. V. M. ſacræ Thæologiæ magiſter; vir ſanè omnium virtutum genere prę-ditus Philoſophus ſubtiliſſimus, atquè Thæologus ſua tempeſtate non ſecundus. Hinc eſt quod in exquirendis ſacræ ſcripturæ locis obſcuriſſimis, ita ingenij ſui acumine cęteros præſtabat, quod ab omnibus tamquam oraculum venerabatur. Quemadmodum Florentia ciuitas hoc ſibi tunc ſuaderi agnoſcebat, cum in Cathedrali Eccleſia Iob patientiſſimi Prophetæ ſecreta incredibili omnium admiratione legendo, concionandoquè inueſtigaret. Qua de re paſtor ille vigilantiſſimus, ac doctiſſimus Antonius Altouita Archiepiſcopus Florétinus ſæpius dicere auſus eſt. Nequaquam ab alio, niſi ab eo, tùm ſacræ paginæ archana, tùm Philoſophiæ naturalis ſecreta melius, & perfectius percepiſſe: Idcirco Thæologum ſibi conſtituendum, ac eligendum eſſe voluit, eum quo, (merito ſuæ virtutis) ſæpius diſſerebat, atquè ſermonem faciebat. Verum quod in ipſo magis dignum admiratione videbatur, fuit, quod quicquid de Vergilio, Cicerone, Terentio à teneris annis ſub præceptorum diſciplina fuerat imbutus adhuc integrè recordabatur. Imo quicquid indies legebat, memoria tenebat. Vir certè tanti ingenij, & memoriæ, quod nemini, aut paucis hoc à natura elargitum eſſe proſpicimus. Hic eſt ille

pater,qui vt concionator multas diuino verbo ciuitates illuſtrauit. Vt Theologus diuinarum rerũ archana pandidit, Vt Philoſophus acutiſsimus plura Ariſtotelis opera dilucidauit. Et vt ſapientiſſimus pater ſuæ religionis officijs functus eſt,quibus prudenter adminiſtratis tandem anno ætatis ſuæ 60.vita functus eſt. 1570. Laudationequè funebri frater Fabianus Florentinus ſeruita ipſum cohoneſtauit. Hæc poſteris tranſmiſit. Videlicet.

Homilias 32. in tres partes digeſtas hetruſco ſermone laboratas ſuper Iob quarum prima primæ partis circa præfationem libri Iob verſatur. Prima ſecundæ partis eſt de ſacrificijs Noui, & veteris teſtamenti. Prima verò tertiæ partis eſt de cuſtodia cordis Iob. Prima omnium autem homiliarum huiuſcemodi exorditur. *Chi conſidera diligentemente la vita di San Paolo.* Hoc opus ſanè ægregium inſcribitur Speculum patientiæ Iob.

MINIAS Pythia ex ordine Montis Oliuarum Monachus integerrimus eiuſdem Congregationis Abbas pientiſſimus, ingenio præſtans, eloquio clarus; nec minus conuerſatione religioſa,quàm ſcientia inſignis. Vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, in philoſophia ægregiè doctus, ſed in Mathematicis litteris eruditiſſimus, & in Coſmographiæ ſtudio longè exercitatus, qui manibus proprijs horologia ex ære,ligno,& ex qualibet alia materia debita proportione diſtincta mirabili artificio extruere aſſolebat,quibus in ſole horarum ratio conſpiciebatur.

Scripſit hetruſco ſermone libellum (teſte Donno Petro Burgenſi in ſua Hiſtoria Monaſtica) nondum impreſſum ſed apud ſuos conſeruatum, in quo mirificè coniunxit nomina ſingula tum antiqua, tùm hodierna omnium Prouinciarum,Ciuitatum, Oppidorum,Montium, Terrarum, & Regionum totius orbis. Cœlum vnde venerat vitę integer euolauit. 1567. menſe Decemb. in monaſt. Montis Oliuarum procul à Florentia mille paſſuum, & incredibili ſuorum, cæterorumquè ſtudioſorum virorum mœrore in Eccleſia eiuſdem Cœnobij ipſius oſſa recondita ſunt.

In eius verò laudem complura carmina cecinit typis excuſſa Paganus Paganinus Licianenſis,quorum exordium eſt.

Si genus antiquum,ſi regia forma decore &c.

Hæc tamen hoc in loco placuit apponere.

De tumulo,ſitus eſt in quo Miniatus ad auras,
Se tollit viridis laurus,& albus olor.
Eſt ita Planta virens ſemperquè volucriſquè canora

Diuini

Diuini fiunt membra ſepulta ſenis
Nec ſine conſilio, & Diuorum numine noſtris
Qui factis largè præmia digna ferunt
Hic vir in hanc plantam, & volucrem nunc vertitur aptè
Qui Phæbo & Muſis deditus ante fuit.

MVNDINVS (cuius meminit Andreas Tiraquellius ipſum Florentinum appellans) edidit expoſitionem in Canones vniuerſales Meſuæ, & librum Anathomiæ. eius labores excuſſi ſunt, ad omnium vtilitatem Lugd. 1525.

N

NALDVS Naldius vir ingenio promptus, eloquio compoſitus in omnibus humanis doctrinis egregiè doctus, & inter elegantiſſimos poetas ſuo tempore eximius à nonnullis viris ægregijs Phœbi delitiæ, & Muſarum alumnus vocitatus.

Conſcripſit in primis præſtantiſſimas Elegias in nuptias Hanibalis Bentiuoli. quarum initium eſt. *Muſa faue cœptis.*

Item de ludicro haſtatorum equitum ad Iulianum Medicen. *Semper vt ante mihi meritis pro grandibus in vos.*

Dictauit quin etiam eloquentiſſimis verbis miracula complura, quæ præcibus B. M. V. quotidie operari videntur in templo Diuæ Anuntiatæ de Florentia, cum eiuſdem Monaſterij iuuenes multo tempore politiores litteras edocuiſſet.

His additur liber elegiarum authore Politiano, qui in eius laudem hæc cecinit.

Dum celebrat Medicen Naldus, dum laudat amicam
Et pariter gemino raptus amore canit
Tam lepidum vnanimes illi ornauere libellum.
Phœbus, Amor, Pallas, Gratia, Muſa Fides.

Ficinus autem in primo epiſtolarum libro Laurentio & Iuliano Medicibus ita ſcribit.

Accipite læto animo Naldi Florentini poema: Et Benedicti Collucij Piſtorienſis Declamationes. Alter eſt Phœbi delitiæ, alter Mercurij comes, non libet eos parcè laudare, cum videantur ſupra modum eſſe laudandi: non libet eos laudare multum, ne laudatores laudando meos, me ipſum extollere videar; Tacebo igitur ego horum pictorum virtutes. inſpicite ipſius tabulas diligenter, Pictura loquetur, cum loquitur

pictor: loquitur multum, Pictura loquitur & bene loquitur & cætera, Clarus habitus eſt. 1470.

NELLVS Giminianus, Florentinus Patritius, cuius meminit D. Antoninus in 3. Hiſtoriarum parte: vir magni ingenij, ac ſtatutorum verus interpres, & vtriuſquè iuris Doctor præcipuus, qui multoties oratoris munus pro Repub. Florentina impleuit. Inter plura, & quidem præclara virtutum ſuarum monumenta hæc formis excuſſa habentur.

Tractatus de Bannetis

Tractatus de Teſtibus

Vixit in magno honore. 1420.

NERIVS Capponius Gini filius, Patris ſui hiſtoriam ad exitum perduxit. De bello autem Caſentino Comitis Puppij, ac Bentiuolij librum exarauit. Claruit 1456.

NICOLAVS Falcuccius, perperam à multis Niccholus vocitatus artis medicinæ peritiſſimus Doctor, atque in Philoſophiæ, & dialecticæ inſtitutionibus admodum eruditus, memoria inſignis ingenij capacitate admirabilis bonorum ſtudiorum cupiditate inſatiabilis, qui in omnibus ferè Italiæ Gymnaſijs optima ſtipendia meruit. Legenda poſteris multa volumina ad medicinam artem maximè facientia perſcripſit, cui quantum hæc debeat ætas, eiuſdem facultatis profeſſores omni amoto liuore fatentur. Dictauit enim in arte medica mira vbertate Librum ſermonum, in quo vniuerſalem medicinam in vnum veluti corpus congeſſit, quod etiam apud Græcos Orbaſius fecit. Ob id Leonicenus in libro ſuo de ſerpentibus eum grauiſſimæ authoritatis medicum nominat.

Archetipon autem huius aurei operis in Bibliotheca Marciana aſſeruatur, duobus voluminibus diſtinctum, & exactiſſimè à Nicolao Nicholo emendatum. Primum autem volumen de ſubiecto Medicinæ intitulatur. Secundum verò de diſpoſitionibus febrium inſcribitur, & exordium eſt. *Actus curatiuus tripliciter ab authoribus dicitur.*

Item edidit Antidotarium, cuius exordium eſt. *E' quo Nicolaus rogatus.* & hoc idem in eadem Marciana Bibliotheca aſſeruatur. Obijt. 1412.

Vgolinus autem hoc tantum carmen in eius laudem dictauit.

Nicolaus explicuit medicinæ grande volumen.

Nicolaus

NICOLAVS Nicholus Aloyſij Marſilij auditor vir incomparabili ingenij fœlicitate præditus, vitæ ac morum probitate illuſtris coſmographus, hiſtoricus, philoſophus inſignis, ab ipſa Natura ad inueſtiganda grauiſſimorum Authorum monumenta quaſi deperdita, & ad reuocandas in Italiam longo poſt limine Græcas litteras quaſi emortuas progenitus. & ſi nihil vnquam ſcripſerit nullumuè opus docti viri ediderit, à Corona tamen illuſtrium virorum haud eſt ſeiungendus, quod nec antiquitas paſſa eſt: quæ Pythagoram, Socratem, pleroſquè philoſophos, qui nihil memoriæ ſcribendo prodiere, admirata eſt. Hic enim vt grauiſſimi teſtantur viri, Ambroſius nempe Camald. Poggius, & Leonardus Aretinus ſuis in epiſtolis, ſua diligentia, atque ſtudio ſepultam ferè humanitatem excitauit. Sopita hominum corda ad ea honeſtiſſima ſtudia prior euigilare fecit. Iuuentutem procliuem in vitia, vt ſeſe ex cænoſo voluptatum gurgite ad illud placidiſſimum doctrinæ litus reciperet, vi ignitæ adhortationis effecit, ipſo authore Emanuel Conſtantinopolitanus, Guerrinus Veronenſis, Ioannes Auriſpa, & tandem Franciſcus Philelphus, Florentiam legendi gratia venerunt Eius ſingulari diligentia veterum monumenta puluere, & ſitu obſita in lucem redierunt: & deniquè propria ingentiquè impenſa magni momenti codices, & pleraque alia viſu digniſſima ex extremis vſque Europæ finibus conquiſita in vrbem ſuam deportata fuere. Ob eam rem ipſius domus tanquam templum quoddam commune exiſtimabatur in qua accendebantur omnes ad virtutem, bonarumquè artium diſciplinas, & in ea librorum ingens numerus, tùm Latinorum, tùm Græcorum, necnon & ſigna & tabulæ, & imagines veterum, & numiſmata etiam vſque ad illam primam ætatem qua æs primum cudi, & moneta obſignari eſt cępta, conſpiciebantur ex quo fiebant, vt eum omnes obſeruarent, colerent, tanquam præclariſſimarum rerum cuſtodem & Antiſtitem, atquè vnicè diligerent veluti bonarum artium Domicilium; quin potius eo vita functo in omnium ora idem intonuit quod de Scipione poſteriori ferebatur Romæ, domicilium ſcilicet, & diuerſorium litteratorum corruiſſe. Interijt Florentiæ maxima doctorum hominum iactura, pridie Non. Febr. 1430. poſt tertium & ſeptuageſimum annum vita cęlibe ducta abſque liberis, & vxore, & in ædibus Sancti Mar. (vt fertur) tumulatus eſt, à Poggio (qui eius opibus) & conſilio in litteris profecerat, laudatione funebri cohoneſtatus.

At cum viuens publicè ſemper conſuluiſſet commoditati, ob

eam rem curauit, vt poſt exactam ſanctiſsimè vitam, librorum ſuorum fructus ad poſteros emanaret. Ex codicibus itaque quos ſumma impenſa, & cura comparauerat, decreuit teſtamento fieri per ſexdecim grauiſſimos viros adimplendo publicam Bibliothecam ad vtilitatem hominum ſempiternam: quod executioni mandare intendens Coſmus magnus Medices primus ex illis ſexdecim præmemoratis viris ſolutis nonnullis ipſius expenſis. eos omnes codices Monaſterio Sancti Marci à ſe conſtructo donauit. ex quo deinde inſurrexit Bibliotheca illa tanti nominis Marciana. In huius autem viri gloriam cecinit hæc Vgolinus.

Nichola Progenies vetus eſt, ſed nemo ſuperſtes.
Prædocti fama viri memoratur vbique
Et ſi nil ſcripſit, volitat tamen ille fama perennis
Docta per ora virum, & meritò quia veſte domoque
Innumeriſquè libris quorum ſibi copia magna
Extitit, ingenia hortando non largius alter
Fouerat, & graiam edoctus, linguamquè Latinam
Mille emendatos codices liquiſſe putatur.

NICOLAVS Michaelis Bonai humanarum ac diuinarum literarum indagator ſtudioſiſſimus, atque Poeta non iniucundus nec inſuauis, inter cętera quæ euigilauit, extat in Bibliotheca ſanctę Crucis de Florentia opus per grande magno labore, & induſtria ex innumeris propè authoribus collectum, & in decem libros & canticas diſtributum, carminibuſquè Latinis exaratum. cui titulus eſt de ſancta Hyeruſalem & ſic exorditur.

O Pater omnipotens noſter, qui ſidera vertis
Quo autem tempore floruerit deſideratur.

NICOLAVS Valla vir non ſpernendæ authoritatis, vtilitati publicæ conſulens, vocabularium vulgare cum Latino appoſitum elaborauit, Venetijs primo impreſſum. 1535. quo tempore emicuit.

NICOLAVS Angelus Bucinenſis Grammaticus peritiſſimus, & literaturæ politioris diſertiſſimus, natus vt veteres authores temporis, & hominum corruptos, & mortuos ad vitam reuocaret, complures libros emendauit, in aliquos præfatus eſt.

In primis autem duos poſtremos libros Priſciani de Syntaxi, reſtitutis Græcis exemplis, multò quam antea caſtigatiores reddidit.

didit. Floruit. 1500.

NICOLAVS Machiauellus Reipublicæ Florentinæ vir à ſecretis, qui & ſi Latinæ literaturæ eſſet ignarus, vel mediocri certè harum literarum cognitione inſtructus, tanta tamen eloquentia laborauit, tanto ingenij lumine polluit, tanta inuentionis ſubtilitate emicuit, & tanta varietatis fœcunditate ſcatuit, vt iurè ab omnibus orator ſalſi iudicij, plenus poeta comicus perargutus, & docilis, & hiſtoricus percelebris, & grauis cômeruerit appellari, quin potius tanta rerum, ſententiarum cognitione in ſuis locupletiſſimè ſcriptis inceſſit, egregiorum virorum ſententia ad rectè ſcribendi facultatem perueniſſe iudicaretur. Complura & ipſe elaborauit patrio eloquio; ſed cum vana multa miſcuiſſet fidei Chriſtianæ, & pietati Catholicæ aduerſantiæ, ob id ſinguli eius labores à Concilio Tridentino anathemati ſignati ſunt. Fato functus eſt Florentiæ. 1526. cum accepto timore pharmaco, quo ſe aduerſus morbos vitæ ſuæ iocabundus illuſiſſet. & in ædibus ſanctæ crucis reconditus eſt.

NICOLAVS Martellus bonis litteris apprimè excultus, ſed poeticæ artis æmulator perpetuus. Scripſit hętruſco ſermone quædã vrbanis, & elegantibus viris non iniucunda, & in primis.

Epiſtolarum lib. vnum.

Sonettos innumeros ad Coſmum Medicen, ad Ducem Orlienſem, ad Purpuratos, & pleroſquè alios prętantiſsimos viros.

Sed inter hæc extat liber inſcriptus idiomate hętruſco. *Feruori ſpanti*, admodum celebris. Floruit. 1555.

NICOLAVS à Stufa ex ordine ſeruorum Pater Venerabilis dialecticus ſubtilis, philoſophus inſignis, Thæologus ſingularis, diuini verbi declamator præcipuus. fidei Catholicæ defenſor acerrimus, & Hęreticorum aduerſarius perpetuus, quippe qui contra Hæreſes in Gallia exortas, & diſſerendo, & concionando, & ſcribendo inſurgere non dubitauit. & complures aduerſitates eo in regno pati non timuit. Aduerſus hęreticorum modernorũ articulos erroneaſquè opiniones ſua doctrina catholica, & pia inſurrexit, & quinque libros dictauit, qui manuſcripti Florentiæ aſſeruantur apud Bibliothecam ſeruorum.

NICOLAVS Ardinghellus Cathedralis Foroſempronenſis Epiſcopus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Præsbiter Cardinalis,

Tituli

Tituli ſancti Apolinaris, triplici lingua exactiſsimè excultus, materna ſiquidem, Latina, & Gręca, ad optima quæque ſtudia natus in rebus arduis prudentia propè incredibili excultus, quædam politioribus litteris admodum vtilia dictauit, quæ hinc inde manuſcripta circunferuntur. Obijt Romæ 1547. & in Baſilica ſuper Mineruam ſepultus eſt.

NICOLAVS Tornabonus Donati filius Eccleſiæ Burgi ſancti ſepulchri Antiſtes, humanis, & diuinis litteris imbutus eleganti, & rethorico eloquio exornatus, quippe qui adhuc iuuenis oratoris munere apud Franchorum Regem pro Coſmo magno Duce fungi dignus eſt habitus. Elaborauit Hetruſco ſermone Hiſtoriam geſta complectentem, quæ inter Catholicos, & Vgunotos in Gallia euenerunt.

NICOLAVS Michaellis Bonaiuti filius bonarum litterarum promptuarium inſigne, & poeticæ artis cultor venuſtiſſimus, vt verus, ac optimus chriſticola, librum verſibus venuſtiſſimis exarauit, in duodecimquè volumina diſtribuit, in quibus de cœleſti beatorum gloria æternauè fœlicitate peragit. ob id tale opus attitulauit cœleſtis Hyeruſalem: & initium eſt. *O Pater omnipotens, qui ſydera vertis.*

Eiuſdem authoris extat alter liber attitulatus *Figura ſancti Sepulchri.* & exordium eſt. *Si mea corda forent regum feruore.*

O

OLIVERIVS Arduinius Cathedralis Florentinæ Canonicus integerrimus, qui adhuc iuuenis ita liberalibus ſtudijs nauauit operam, vt breui temporis curriculo ſocios omnes doctrina præcedentes non modo æquauerit, ſed etiam longè ſuperauerit. Ob quam rem ſubito fama ſuper æthera notus in Gymnaſium Piſanum ad inſtituendam in Philoſophia iuuentutem melioribus, & politioribus litteris à Repub. Florentina accerſiri promeruit. In quo Gymnaſio, & Franciſcum Diaccetum, ac Franciſcum Verrinum auditores habuit.

Edidit quædam in eadem facultate, quæ in lucem non ſunt publicata; ſed apud ęgregios viros veluti lapilli præcioſi extant. Clarus habitus eſt. 1500.

PALLANS

P

PALLANS Strozza eques auratus, qui quoad vixit diligenter hortos amœnos philoſophiæ luſtrauit, & eius ſuauiſſimorum florum dulcedinem lambens mel deinde fundere conſueuit.

Quædam nobiliſſima opuſcula edidit, vt teſtes grauiſſimi ferunt, Philadelphus præſertim in ſuis epiſtolis, in quibus eum magnopere extollit. Enituit. 1423.

PALLANS Oricellarius, fœcundiſſimi Ioannis frater bonarum diſciplinarum cumulatiſſimus, ad omnia etiam abdi tiſſima Philoſophia quæſita reſpondere iugiter paratus, & ſua tempeſtate poetarum laus, in cuius doctrinam admirabantur omnes, & aptitudinem. Multa dictauit bonarum artium ſtudioſis potiſſimè manifeſta. Claruit. 1500.

PALLANS Strozza latinæ, & græcæ linguæ, delitiæ bonarum artium promptuarium inſigne, qui & altiſſimarum diſciplinarum ſtudijs, ac earum aſſiduis exercitationibus ſeſe totum dedit. Immortalitati conſecrauit, vt orator facundus orationes nonnullas elegantiſſimas, quarum præcipua ea eſt, quam ad Carolum quintum habuit, quo tempore in maximo prætio eſt habitus.

PAMPHILVS Riccius ſancti Stephani eques illuſtris, inter cæteros ſui ingenij fœtus peperit opuſculum typis excuſſum Romæ 1564. hoc pacto prænotatũ. *Il uero giuditio per anni 20. cominciãdo l'anno 1564. cõtinuando d'anno in anno per ſino al anno.* 1583.

PAVLVS Gualducci de Pileſtris ex inſtituto Ordinis Diui Dominici, vir vndequaquè doctus, ac omnigena ſcientia excultus, qui in diſſerendo, & declamando plurimum valuit. cuius ingenij acumine, & doctrina admirabili in rebus magni momẽti iugiter vſus eſt Nicolaus ille de Prato Cardinalis ampliſſimus tãti nominis. Ob quas inſignes animi dotes Patriarcha Grandẽſis cõſtitui promeruit. Inter cętera quæ dictauit ad notitiã venerũt Annotationes quædã in philoſophiam Ariſt. & in nouum Teſtamentum. Emicuit. 1320.

PAVLVS in geometria, Arithmetica, atque Aſtrologia vniuerſo Occidenti ſua tempeſtate notiſſimus, cui adeo eis

in

in facultatibus omnia fuerunt aperta, vt nihil apud illas ſibi ignotum fuiſſe referatur; Et quod mirabile dictu, viſuquè admirabilius, quicquid de ſyderibus, & cœlo loqui, aut excogitari poteſt: id etiã proprijs manibus cum inſtrumentis ad hoc confectis, ſingulis id ſpectare nolentibus demonſtraſſe; multa ſui diuini ingenij monumenta reliquit. Quæ & ſi ad notitiam non peruenerũt; hoc tamen Epitaphium in ſepulchro inciſum in ædibuſquè ſanctę Trinitatis Floren. nobiliter cõſtructo ſatis, ſuperquè declarat.

Qui numeros omnes terræquè mariſquè profundi
Per longos tractus dudum ſedemquè Tonantis
Signa poli, ſoliſquè vias lunæquè reflexus
Stellarum curſus, & fixos ætheris ignes
Et quod Natura potens conceſſerit aſtris
Voluerat ingenio viuens hoc marmore tectus
Aeternum recubat Paulus geometra ſepultus.
Fama tenet clarum nomen, longumquè tenebit
Ac ciuem ſumpſiſſe ſuum lætatur Olympus.

Vgolinus pariter eiuſdem meminit cum ſcribit
Paulus, & Aſtronomus, Paulus Geometer; & idem
Philoſophus, nouitquè omnes doctiſſimas artes.

PAVLVS præmemorati Pauli æmulator philoſophiæ, Medicinæ, Arithmeticę, Geometrię & perſpectiuæ facultatis cultor perpetuus, quem & Terrarum dimenſiones vt aſtrorum ac cœlorum motus exactiſſimè nouiſſe tradunt annalia, quin potius ſua arte medica ęgregia complures penè emortuos ad vitam reuocaſſe aſſeuerant fertiliter, & fœcundè libros, quibus titulum fecit de Perſpectiua in lucem miſit, vt optimè Verinus commemorat in libris de Illuſtratione orbis Florentię inquiens.

Quid Paulum memorem, terram, qui norat & aſtra
Qui Perſpectiuæ libros deſcripſit, & arte
Egregius medica multos à morte reduxit.

Claruit (vt fertur) 1410.

PAVLVS Gerardus Arithmeticus conſumatiſſimus, paterno eloquio librum accuratè edidit, in quo Abaciſtas præſtantiſſimè edocet, quonam pacto numerorum diſcrimina coaptanda veniant. in bibliotheca autem Gaddia hoc opus egregium manuſcriptum aſſeruatur. Enituit 1327.

PAVLVS Atauanthius Gregis Seruorum Beatæ Mariæ ſemper intactæ Cœnobita ęgregius, vir admirabili ingenij acumine

mine præditus, Gramaticus, Rethor, Coſmographus, Conographus, ac omnibus denique liberalibus diſciplinis inſtructus Ariſtotelica doctrina pleniſſimè imbutus, Platonicæ philoſophiæ non ignarus, in vtriuſque iuris prudentia longè peritus, & in ſacra Thæologia, ac diuinis ſcripturis copioſiſſimè eruditus, qui ſeipſum in earum explicatione ſic ſublimé, in diſſerendo, ſic ſubtilem, & in declamando ad populum, ſic admirabilem exhibuit, vt Ficinus in ſuis epiſtolis conſtantiſſimè affirmare non dubitarit eius orphicum clamorem, ac ſacram declamationem parietibus ipſorum templorum vitam dare. Edidit magnæ vtilitatis opera plura, quibus mirificè ſui memoriam poſteritati demandauit, è quibus ſubiecta feruntur, videlicet. Quadrageſimale Mediolani primo excuſſum. 1479. cui titulum fecit. Theſaurum concionatorum: in quo mirabili artificio omnes Thæologicas veritates comprobare nititur teſtimonio legis Hæbraicę, Euangelicæ, & Phiſicæ; In teſtimonio legis Hebraicę affert in medium libros Moſaycos, Prophetales, ſapientiales, & Hiſtoricos veteris Teſtamenti. In teſtimonio legis Euangelicæ proponit dicta Euãgelica beati Ioannis in Apoc. Epiſtolas Diui Pauli & exempla Sanctorum. In teſtimonio denique Phiſico adducit ſcripta legum Philoſophorum, Poetarum, & exempla Gentilium. Incipit autem hoc aureum ſanè opus. *Vereor iam in dimidio dierum meorum.* Inſuper conſcripſit alterum Quadrageſimale hac ratione diſpoſitum. Primo comprobat Thema authoritatibus Gentilium, ſanctorum veteris teſtamenti, & Doctorum nouæ legis. Secundo rationibus, Tertio tandem exemplis in lege naturæ ſcriptæ, & gratiæ intitulatur autem Paulina ad Reuerendiſſimum Antonium Alabanthem Præſulem Generalem ordinis ſeruorum. *Septuageſima in qua. &c.*

Præterea compoſuit ſermones de ſanctis.

Dialogum Prænotatum de Origine ordinis ſeruorum ad Petrum Coſmi filium. cuius Archetipon aſſeruatur in Bibliotheca Medicea, & incipit. *Efflagitaſti ex me ſæpenumero.*

Vitam beati Ioachini ordinis ſeruorum ad Reuerendiſſimum Chriſtophorum eiuſdem Religionis Præſulem Generalé opere.

Vitam beati Franciſciſci è Senarum ciuitate, & è ſeruitarum familia. ad Pium ſecundum.

Opuſculum in laudem beati Philippi Floren. ordinis ſeruorum inſtauratorem.

Expoſitionem in Orationem Dominicam ad Mediolanenſium Duciſſam.

Super

Super ſeptem Pſalmos Commentaria cum declaratione Letaniarum & Collectarum, Leonardo de Platis Ciui & Canonico Mediolanenſi. *Legimus mi Leonarde in ſacris ſcripturis.*

Commentaria in opera Danthis, & Petrarcę ab eodem in feria quarta Dominicæ primæ prioris Quadrageſimalis producta, & commemorata.

Breuiarium denique totius Canonici iuris inſcriptum, opus profecto & primo Decretorum, & ſecundo Decretalium admodum per vtile dictauit.

Hæc itaquè & multa alia conſcripſit vir iſte clariſſimus, qui familiam Seruitarum ingreſſus eſt anno ætatis ſuæ ſeptimo in Venerabili Monaſterio Diuæ Annuntiatæ de Florentia, & ſub cura R. R. Matthæi & Mariani, qui ambo deinde Epiſcopi Corthonenſes extiterunt, religioſis inſtitutis imbutus, & omnigena ſcientiarum eruditione excultus eſt, ob eam rem omnibus ſeipſum charum, cunctiſquè admirandum exhibuit, Innocentio pręſertim Sancti Spiritus de Roma Magiſtro Generali, qui cum ipſum ditiſſimè cohoneſtaſſet peculiarem Congregationem deſerere, & inſignia illius Religionis ſuſcipere coegit. Senio tandem confectus ad propria redijt, & Prouin. Thuſciæ creatus anno. 1499. humanis ceſſit anno ætatis ſuæ. 80. & in Ædibus D. Annuntiatæ apud cæteros Patres eius cineres repoſiti ſunt.

PAVLVS Orlandinus ex Camalduſenſi Congregatione Monachus inſignis bonarum litterarum apprimè eruditus, orator grę ę, latinæquè præſtantiſſimus, & ſacra doctrina clarus, plura euigilauit lectu digniſſima, non tamen impreſſa, Videlicet.

Diſputationes in Epiſtolas Sancti Hieronymi ad Paul. in 24. libros diſtributas, quorum initium eſt. *Frater Ambroſius.*

De coniuncta Thęologia in Dialogos lib. 3.

De ſeparata Thęologia. lib. 1.

De Mixta Thæologia. lib. 1.

Sermones. 32. quos habuit in ſolatium quotidianum coràm Monacis ſuis vbique locorum. lib. 1.

Fertur etiam quędam alia edidiſſe, quæ ad manus Reuerendiſſimi Antonij de Puccis Cardinalis peruenerunt, vt eius ſtudio, & ſumptibus formis excuderentur, ad mortalium tamen notitiam nequaquam venerunt. Obijt in Monaſterio Angelorum. 1519. ibiquè ſepultus eſt apud cæteros Patres.

PAVLVS Verinus Dialecticus ſubtiliſſimus, ac perargutus, & philoſophiæ cultor perpetuus, qui ſub doctiſſimo Laurentio

Med.

Med. Piſis earum artium, & ſcientiarum altiſſima ſecreta interpratatus eſt. Edidit quęſtiones grauiſſimas ſuper vniuerſam Ariſt. Dialecticam quarum Archetipon eſt apud eximium Doctorem Franciſcum Verinum. Fato ceſſit Florentię, & in ædibus Sancti Spiritus reconditus eſt.

PAVLVS Arrigus ordinis ſeruorum B.V.M. ſacræ Thæologiæ magiſter, perutilem tractatum de bonitate principis excudere fecit: cuius exordiū eſt. *Omne ens ſui natura appetit quod melius eſt.* & ipſum dicauit illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo D.D. Iulio Antonio Sanctorio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali ampliſſimo Religioniſquè ſeruorum Protectori benemeritò. Vita functus eſt. 1587.

PAVLVS Animuccia laudatiſſimi Ioannis frater, muſicus venuſtiſſimus madrigales, & motettos mira ſuauitate refertos poſteris tranſmiſit. Diem obijt Romæ. 1563.

PAVLVS Roſſius eques Hieroſolomitanus ſancti Ioannis baptiſtæ, Academicus Florentinus, bonarum litterarum ornamentum perpetuum, ac decus immortale, elegantiſſimè, doctè, & argutè interprętatus eſt patrio eloquio canticum Guidi Caualcanthis. cuius initium eſt. *Donna mi prega, perche uoglia dire.* Principium verò Commentariorum. *Prima che ſi uenga al comento.*

Obijt Floren. 1569. & in Ædibus Diui Marci humatus eſt. Inſuper Hiſtoriam ſui Ordinis in lucem edidit. & pleraque lectu digniſſima. & præcipuè vt Poeta inſignis: & ſcientiæ naturalis nō ignarus, Phiſicam Ariſt. verſibus donauit, & vt optimus chriſticola pſalmos Dauiticos rithmis ornauit.

PEREGRINVS Allius vir celeri captu, expedita ratione, tenacique memoria ſtupendus, & eloquentia porrò tanta, vt quo vellet, auditorum animos impelleret. Qui niſi ab intempeſtiua morte ſublatus fuiſſet primarias ſedes muſarum ſibi comparaſſet. Quaſdam orationes, & Odas dictauit, quæ cum tipis non fuerint excuſſę hinc indè diſperſę vagantur.

Huius meminit Ficinus in ſuis epiſtolis, ipſum magnopere extollens. Et Vgolinus in libro ſecundo de illuſtratione Vrbis Florentię inquiens.

Te pariter iuuenem Tetricæ rapuere Sorores
Aequaſſes Priſcos Alli Peregrine poetas. Emicuit autem. 1458.

Perinus

PERINVS Organo, qui forſan in Teſtudinis concentu ſua tempeſtate ſimilem non habuit. Complura mira ſuauitate refertiſſima, eiuſcemodi arti iucundiſſimę maximè facientia teſtatus eſt. Sed qualis quantuſquè fuerit Epitaphium in marmore inciſum, & propè Sacrarium nobiliſſimi Templi Aræ cœli Romæ erectum, ſatis amplum teſtimonium reddit.

Perino Organo Florentino. Qui ſingulari morum ſuauitate ac teſtudinis non imitabili concentu dubium reliquit amabilior ne eſſet ſummaquè ingenij bonitate; an admirabili artis excellentia clarior Paulus Iacobus Marmita. Parmenſis amico. M.D. Vixit annos 29.

PETRVS Calzolarius Sanctę Iuſtinæ monacus, qui vt ſibi gloriam, vtilitatemquè poſteris conferret variarum, diuerſarumquè rerum Cronicon in lucem miſit.

PETRVS Alygerius Danthis filius, iuris tùm Cæſarei, tùm Pontificij Doctor inſignis, & ceterarum ſcientiarum non ignarus. In primis latino eloquio admodum eruditos genitoris Comœdias interpręcatus quemadmodum hoc inſinuat carmen nobili eius tumulo appoſitum, quod adhuc ſpectatur Trauiſi apud ędes Sanctę Catherinæ ſcilicet.

Clauditur hic Petrus Tumulatus corpore tetrus
Eſt anima clara cæleſti fulget in ara,
Nam pius & iuſtus iuuenis fuit atque venuſtus
Ac in iure quoque ſimul inde peritus vtroque
Extitit expertus multorum & ſcriptu repertus
Vt librum Patris punctis aperiret in altis
Cum genitus Danthis fuerit ſuper aſtra volantis
Carmine materno decurſo prorſus Auerno
Mentiquè purgatus animus reuelante beatus
Quo ſanè diue gaudet Florentia ciue.

PETRVS Vbertini Strozzę filius inſtituti ſancti Dominici Pater Venerabils Thęologus inſignis, concionator eximius, & vir denique non minus doctrina, quàm ſanctitate plenus, quippe qui ob inculpabilem vitam, ſanctiſſimoſquè mores à Patribus ſui Ordinis veluti beatus veneratur.

Dictauit inter cętera, vt videre eſt in Bibliotheca S.M. Nouellæ quędam ad Arithmeticam maximè facientia. Hic itaque Pater Venerabilis ſic abdicata antiquę Stirpis pręclara nobilitate, ac omni patrimonio ſpreto, poſt exactam ſanctiſſimè vitam in Cœlum,

lũ, vnde venerat, fœlix euolauit, anno ſcilicet chriſtianæ ſal. 1362.

PETRVS Corſinus Iuris prudentiæ Doctor ſingularis, Cathedralis Florentinæ Præſul digniſſimus, & ab Vrbano quinto Põtifice maximo ob eius ingenuas virtutes ſacro ordini ſenatório adſcriptus, ad eximiumquè purpureum decus illud euectus præsbiterquè Cardinalis tit. S. Laurentij & Damas. conſtitutus, & deinde Epiſcopus Cardinalis Portuenſis declaratus, dictauit inſigne opuſculum Eccleſiæ Principes exorans, vt Schiſma peſſimum trium Pontificum, ſe pro Chriſti Vicarijs gerentium extirparent, efficerentquè, vt vnus eſſet Paſtor, vnumquè ouile.

Præterea ſermones nonnullos edidit, vt in ſuo teſtamento annotauit. In quo enumerans ingentem librorum copiam quàm multis ex locis, ingentibuſquè ſumptibus conquiſierat, ſuoſquè hæredes pro medietate Philippum germanum conſtituit, pro altera verò ſorores ſancti Gaij propè Florentiam. ſacrum enim Cœnobium illud à fundamentis conſtruendum curauerat eius genitor. Obijt Floren. 1404. in Ædibus Cathed. Eccleſiæ reconditus eſt ad læuam Templi. vbi adhuc eius imago depicta conſpicitur. abſque vlla inſcriptione.

PETRVS Roſatus medicus inſignis, cuius meminit Andreas Tiraquellus in ſuo volum. de nobilitate, conſcripſit opuſculum de phlebotomia in pleuritudine.

PETRVS Franciſcus Paulus, Dialecticus, Philoſophus, & Medicus percelebris, edidit authore Andrea Tiraquellio tractatũ de venæ inciſione contra Auicenam. Cætera deſiderantur.

PETRVS MARIA Boninus in arte Arihmeticæ exercitatiſſimus, quàm publicè mira auditorum alacritate profeſſus eſt.

Scripſit librum de Arithmetica ad Magnificum Philippum Strozzam cui titulum appoſuit. *Lucidario de Arithmetica.* & præfatio exordium hoc habet. *Eſſendo Magnifico & honorando mio Filippo.* Emicuit. 1515.

PETRVS à Criſpa Coma crinitus appellatus, Politiani, & Vgolini Verini auditor eruditiſſimus orator, & poeta precipuus, quippe qui elocutione vtebatur ſplendida, atque Latina, & dialecton habebat plenam iucunditatis, atque candoris cum ſupelectili verborum optimorum copioſiſſima, ſententijs crebribus, at-

que rotundis exculta, ob quas præcipuas dotes mortuo Politiano eius munus Florentiæ adimplere promeruit. Lepidiſſimè, præſtantiquè ingenio elaborauit quædam, quę non minus proſa elegantiſſima, quàm verſu venuſtiſsimo complexus eſt. & ſunt hæc.

Libri viginti quinque de honeſta diſciplina ad Bernardum Caraſſam Neapolitanum, quorum exordium ſic incipit. *Egregiè.*

Libri quinque de poetis Latinis ad Coſmum Paccium, & ſic exorditur. *Libros noſtros de poetis Latinis Coſme Pontifex.*

Libri inſuper duo poematum Muſis conſecrati. *Si moneo procul.*

Complura ab eodem Crinito cõpoſita habentur apud Eſtenſes Principes. Florentię clarus, & in pretio vixit apud Laurentium Medicen, eiuſquè filios, quorum præceptorum cariſſimus extitit. Et fato ceſſit nondum quadrageſimum annum ætatis ſuæ attingens, quem hoc epigramate veneratus eſt. Mirtheus inquiés.

Priſcos poetas vincere
Et Crinite dum doces, obis
Ergo tibi ſuperſtites
Debeat poetæ non minus
Ipſe amplius nil volens
Debere, Dono carmine
Nec te ſepulchro conditum.

Vgolinus ſimiliter eius præceptor in libris de Illuſtratione Flor.

Diſcipuliquè mei Crinite carmina Petri
Aeternum viuent, lyrices imitantia vates.
Alcæum & Flaccum dicet: qui legerit iſta.
Ah nimium ante diem vndecimam triateride raptus.

PETRVS Aron ex Congregatione Cruciferorum Monachus Venerabilis bonarum litterarũ non ignarus, ſed Muſicę artis peritiſſimus, quippe qui eiuſdem artis archana obſcuriſſima ſui ingenij emicantiſſimo ſplendore illuſtrauit, Hæc ſummo ſtudio elaborata immortalitati couſecrauit. Videlicet.

Libros tres, quibus titulum fecit, *Thoſcanelli in Muſica,* & horum exordium. *Molti eccellenti ſcrittori.*

Præterea libros quatuor, quos prænotauit, *Lucidario in Muſica, D'alcune opinioni antiche e moderne.*

Ob id in eius laudem Nicolaus Come. Aritenens. hoc edidit exaſtichon.

Viuat Aron, ſæculo ſuo refloreat omni
Per quem obſcura olim muſica nunc rutilat
Ergo pulchra ferat tantorum gloria laborum

Præmia

Præmia quis tanto digna neget capiti?
Vos viuum Vates Statua & decorata coronam
Poſt obitum ſydus Dij facite eſſe nouum.
Claruit. 1550.

PETRVS Franciſcus Giambularius Bernardi filius eccleſiæ ſancti Petri in Careggio Rector, Diui Laurentij de Florentia Canonicus Illuſtriſſimæ Alphonſinę Iuliani de Medicis vxoris, olim à ſecretis, in politioribus litteris tùm patrijs, & Latinis, & Græcis, & Hæbraicis admodum eruditus, Aſtrologus, Mathematicus, Philoſophus, Coſmographus, Cronographus, & Thęologus inſignis, ac denique Academiæ Floren. ſingulare decus, cuius animi dotes ęgregias elegantiſsima oratione enarrauit Coſmus Bartholius in amplo funere ab eadē celebratiſſima Academia habito.
Multa lepidiſſimo ſermone materno ſui ingenij præſtantiam præferentia dictauit, è quibus ſubiecta prænotantur.
Liber inſcriptus *Inferno di Dante*, cuius intentum eleganter, & fideliter inſinuat.
Liber cui titulum fecit, *Il Gello*. in quo diligenti ſtudio de origine eloquentiæ Florentinæ peragit ad ſereniſſimum Coſmum magnum Hætruriæ Ducem. *Dal diuiniſſimo*.
Liber de Regulis pręnotatus, in quo apertè docet quo nam pacto in rectè ſcribendo, & rectè loquendo compoſitè quis incedere debeat.
Liber variarum lectionum, in quo de ſitu Purgatorij Danthis de charitate, de influxibus cœleſtibus, & de ordine vniuerſi ipſumquè dicauit magno Coſmo Hetruriæ Duci, & incipit, *Se all'honeſte fatiche, &c.*
Libri ſeptem de Hiſtoria Europę, quam morte interceptus, abſoluere nequiuit ad Coſmum Med. & exorditur hoc pacto, *La ueneranda Maeſtà del Imperio.* Hæc autem venuſtiſſima Hiſtoria incipit ab anno. 800. & vſque ad annum. 1200. attingit. Fato ceſſit Floren. 1564. & in Venerabili templo S. M. N. reconditus eſt.

PETRVS Victorius vir multo acumine, perſpicacis ingenij, eruditaquè facundia præditus, validis diſciplinarum omnium præſidijs nobiliter inſtructus, & Ciceronianæ eloquentię inſigne, ac immortale decus, in mundum datus, vt in ſcribendo, & docendo omnes oratorię artis locos latentes miris celſtiſſimi ingenij ſui luminibus illuſtraret, cuius eximiæ elegantiæ dulcedine commoti, atque allecti ſtudioſi viri, tùm ex Italia, tùm ex Tranſalpi-

nis ciuitatibus remotiſſimiſquè Regionibus Florentiam tãquam ad puriſſimam ex hoc vberrimo fonte ſcientiam hauriendam multis magniſuè periculis aditis venerunt, multa, & quidem pręclara nunquam interitura monumenta æternitati conſecrauit, quorum cathalogus hic eſt.

Commentaria in Rethoricam Ariſt.

Commentaria in Poeticam Ariſt.

Commentaria in Politicam Ariſt.

Commentaria in Demetrium Phalereum.

His accedunt Annotationes in Catonem Varronem & Columellam.

Liber variarum lectionum.

De laudibus oliuarum hętruſco ſermone

Oratio ad Iulium Tertium dum oratoris munere ad eum Pontificem impleret.

Oratio in laudem Nuptiarum Sereniſs. Principis Floren.

Laudatio funebris in obitu Eleonoræ Sereniſs. Coſmi vxoris.

Laudatio funebris in tranſitu Illuſtriſſimi Ioannis Medic. Card.

Laudatio funebris in morte Sereniſſimi Coſmi magni Ducis Hætruriæ.

Præterea eiuſdem viri cura & ſtudio in lucem ac omnium vtilitatem data eſt elettria Euripidis choefori Æſchilij.

Rurſus fideliter iterum typis excudendum curauit Hiparchum Bithinium, & pleroſquè libros Ciceronis, Terentijuè comœdias. quæ omnia adiectionibus quibuſdam, & annotationibus illuſtrauit. Floruit. 1585.

PETRVS Buggianenſis Congregationis ſanctæ Iuſtinæ, Pater obſeruantiſſimus, ſacrarum litterarum non ignarus, humanarum ſcientiarum inſtructiſsimus, & antiquarum rerum diligentiſſimus indagator, exactiſſimusquè deſcriptor, quippe qui glorioſa facinora antiquorum Patrum penè emortua ad hominum ſempiternam memoriam ſuis annotationibus reuocauit. Hiſtoriam Monaſticam, & ſi vulgari ſermone, eleganter tamen, & accuratè euigilauit in quatuor libris diſtributam. In qua Dialogorum cõſcriptores imitatus pertractat de Monacis, ac Monialibus illuſtribus ſub regula Diui Benedicti degentibus, qui vel ſanctitate, vel doctrina, vel dignitate floruerunt vſque ad ſua tempora. Hoc autem opus ægregium in lucem datum eſt Florentię à Laurentio Torrentino. 1560.

Petrus

PETRVS Antonius Anſelmius Iurecõſultus luculentiſſimus, quam ſcientiam publicè aliquot annis in Achademia Piſana profeſſus eſt, edidit Commentaria in l. Celſus ff. de vſucapionibus, in quibus vniuerſa ferè materia hæc diſcutitur. Incipit autem. *Celſus*. l. 34.

PHILIPPVS Franciſcanæ familiæ ornamentum perpetuum philoſophiæ ac ſacræ Thæologiæ cultor percelebris, verbi verò diuini Declamator ſingularis, poſteritati teſtatus eſt ſermones diebus feſtiuis ac ferialibus totius anni applicandis. In maximo pretio vixit. 1313.

PHILIPPVS Medices ex ſeruitarum familia Cęnobita ęgregius Dialecticæ, Philoſophiæ, & ſacræ Thæologiæ perpetuus cultor, qui Pariſijs anulum, & lauream comprobatæ virtutis ornamentum recipere meruit; & ſacrorum Doctorum numero aſcribi dignus eſt habitus. Edidit multa, quorum tantum ad notitiam venerunt concluſiones omnes ex octo libris de Phiſica audientia collectæ quarum Archetypon aſſeruatur in Bibliotheca ſeruorum Clarus vixit. 1364.

PHILIPPVS Machabrunus Hiſtoricus inſignis Hiſtorias Troianas ſatis accuratè complexus eſt. cuius archetypon in bibliotheca Gaddia commoratur.

PHILIPPVS Corſinus Iuris tùm Cæſarei, tùm Pontificij doctiſſimus edidit quædam reſponſa ad legiſtas maximè facientia vt teſtatur Vgolinus ſic ſcribens in lib. de illuſtratione vrbis Floren.

Eſt Corſina Domus non vno interprete Iuris
Inſignis: doctiquè extant reſponſa Philippi.

PHILIPPVS Valorius ciuis Conſularis prudentiſſimus vita integerrimus, ingenio ſublimis, eruditione præclarus, eloquẽtia illuſtris, & in conſcribendis auorum actibus percelebris. com plura poſteritati conſecrauit. Inter quæ potiſſimum extat vita cantatiſſimi Laurẽtij Medices typis excuſſa a iunctis, anno Chriſtianæ ſal. 1566.

PHILIPPVS Callimacus, qui ingenium lectiſſimis litteris Romæ excoluit, & deindè ob quaſdam ſibi illatas iniurias in

vltimas partes Terræ profectus Caſſimiro Sarmatiæ Regi ſui ingenij operam obtulit, à quo poſtmodum Alberto filio præceptor datus & ad ſummum ſuæ familiaritatis atque gratiæ locum euectus, vt demum Polonum inuidia, & odio aula extruſus, elaborauit ſumma fœlicitate, ac ingenti elegantia Hiſtoriam de rebus geſtis Ladislai Sarmatię, atque Pannoniæ Regis, cuius grauiſſimi muneris leges impleuiſſe exiſtimatur ita vt omnes, qui à Cornelio Tacito per tot ſæcula id ſcribendi genus attigerint, iudicio grauiſſimorum virorum ſuperauerit.

De geſtis Attilæ Regis impij. lib. 1.

De moribus Tartarorum. lib. 1.

Amorum diuerſo metro. lib. v. & alia complura.

Polonorum itaque odio aula Regis extruſus in villa Sarmatica apud veterem amicum occultatus, fato ceſſit. Quod cum reſciuiſſet Albertus pietatis ergo Cracouiæ in æde Trinitatis æneo ſepulchro cohoneſtandum curauit, cui quidem nobili tumulo hoc lepidum carmen appoſitum eſt.

Aenea Callimaci, quæ circumplectitur oſſa
Depoſiti meritis nobilis vrna ſui.
Aenea ſit quamuis multo eſt præcioſior auro
Hætruſci fœlix hoſpita Callimaci
Ipſi etiam Italia tutum decus auſpice adept
Ad ſacra conueniunt buſta Boriſthemdes
Exultatquè . . . . . & choreis, referuntquè viciſſim.
Dedicatquè Chriſpo Sarmatis ora ſuo.

PHILIPPVS Nerlius vir conſularis grauiſſimus eloquentia imbutus, peripatheticis doctrinis excultus, & humanis nobiliter edoctus, vniuerſas Hiſtorias Florentinas in compendium diligentiſſimè, & accuratè collegit, quæ nondum impreſſæ apud ſuam nobiliſſimam familiam aſſeruantur.

PHILIPPVS Strozza vir conſularis grauiſſimus, multarum opum inſignis, nobiliſſimæ ſtirpis, pater fœliciſſimus, ſed ingenio & politioribus litteris illuſtriſſimus, è Græco in Hętruſcum ſermonem conuertit Caſtrametationes Polibij, & Plutarci Apophtegmata. Fato ceſſit Floren. in arce incluſus ſeipſum interimendo, in quam coniectus fuerat eum contra Patriam, & Principem arma cœpiſſe.

Philippus

PHILIPPVS Fantonius ex Congregatione Camaldulenſium Generalis Abbas obſeruantiſſimus, vir in diuinis ſcripturis multum eruditus, & in ſæcularibus litteris admodum doctus, ſed in Mathematicis diſciplinis (quas publicè Piſis glorioſè profeſſus eſt) valde peritus, ingenio dulcis, & eloquio ſubtilis, ac ſacræ Thæologiæ doctor, ſcripſit non ſpernendæ lectionis librum. quem prænotauit. *Del modo, & ragione di ridurre l'anno alla ſua forma, & numero.* Viuit adhuc 1589.

PHILIPPVS Beniztius ciuis nobiliſſimus Florentinus, cuius familia temporis antiquitate hac noſtra tempeſtate extincta eſt anno ſalutis 1560. ordinis ſeruorum B. Mariæ Virginis eiuſdemquè Religionis Prior Generalis, vir ſanè omni ſanctitate præditus, ac omni ſcientia perpolitus: Qui cum eſſet annorum viginti quinque, ſiue triginta penè alios, lauram ſui doctoratus coronam Patauij ſuſcepit. In qua ſanè ætate diuino ſpiritu afflatus, hac voce de Cœlo prius audita; Philippe accede ad currum iſtum, à ſeptem patribus ordinis inſtitutoribus lugubrem habitum Beatæ Mariæ Virginis ſumma humilitate accepit; in qua Religione mirificè profecit, ita vt quiſque tùm de ſapientia, tùm de doctrina, tùm etiam de ſanctitate, ac miraculis admirabatur, teſte Republica Florentina in cuius honore legationis munus ſæpiſſimè functus eſt, vt odia ſuorum ciuium acerbiſſima deſiccaret, & præcipuè tempore Alexandri Quarti, qui religionem præfatam præcibus huius ſanctiſſimi viri iterum confirmauit. Teſte etiam Concilio Lugdunenſe anno ſalutis. 1274. quæ ſancta ſynodus cum illius doctrinam, ſanctitatemquè guſtaſſet, ſumma affecta eſt admiratione. Qua de re annis nonnullis decurſis Leo decimus Medices ſummus Pontifex ipſum in ſanctorum numerum aſcribi voluit.

Multa ſui ingenij præclara poſteris reliquit, & præcipuè ſuper pſalmum 98. cuius eſt exordiũ. *Dominus regnauit iraſcãtur populi.*

Super Pſalmum quinquageſimum, *Miſerere mei Deus.* Et in pſalmum 136. *Super flumina Babilonis illic ſedimus, & fleuimus.*

Et conciones non paucas, vt hiſtorię noſtrę teſtantur, iniuria tamen temporis hæc extincta fuere. Senex tandem factus, in die Aſſumptionis B. M. V. 15. die Auguſti, admirantibus hominibus, lætantibus Angelis, ac dicentibus. *Euge ſerue bonæ, & fidelis, qui à Virgine ſuper familiam ſuam fuiſti conſtitutus, intra in gaudium domini tui.* qua voce completa, domus repleta eſt odoribus. obdormiuit in Domino, Tudertini, Anno ætatis ſuæ 63. 1285.

PHILIPPVS Nicolai Capponij filius vir multarum litterarum peritia excultus, elaborauit hætruſco ſermone libellum attitulatum. *Facilè eſt inuentis addere.* in quo admodum argutè, & doctè de temperatura corporis humani peragit. Primum autem typis excuſſus eſt. 1556. quo tempore in prætio maximo vixit. Incipit autem. *Non piccola admiratione.*

PHILIPPVS Villanius iureconſultus peritiſſimus, & hiſtoricus percelebris conſcripſit tractatum, cui titulum fecit cumulatio quorundam hiſtoricorum Gallorum, De origine Regum Francorum per Franconem Hectoris Troiani filium, & initiũ eſt, *Compediuſcolo de vrbis Flor. conditore confecto, ſupereſt vt ad illius veniam geneologiam.* Enituit 1390. Regnante Carolo 8. quo tempore extremam manum hiſtoriȩ impoſuit, in qua ſigillatim ſingulorum Regum geſta, & nomina finem impoſuit.

PHILIPPVS Minorita, vir in diuinis ſcripturis admodum eruditus, compoſitus, & conuerſatione inſignis, cupiens ne ditiſſimi thȩſauri in terra amplius latitarent, ſed publicè mortalium commoditati ſeruirent ob id complurium herbarum virtutes, ac proprietates indefeſſo labore, hinc inde collectas, ac etiam proprio marte conquiſitas vno volumine digeſſit. ipſumquè typis excudendum curauit Florentiæ 1572. Ad Sereniſſimum Coſmũ Magnum Hȩtruriæ Ducem Diſtribuitur in quinque partes, & initium eſt. *L'Abrotano ſcritto da Dioſcoride.* Attitulatur autem, *Compendio delle facultà de ſemplici.*

POGGIVS Brandolinus vir ingenij eminentiſſimi, ac propè diuini, veteriſquè linguæ eruditiſſimus multarum ſcientiarum locupletiſſimus, atque inter oratores præcipuus, qui propter ſui ipſius excellentem eruditionem, ac dicendi leporem tùm Romæ tùm Conſtantiæ, alijſquè in locis maximis eſt affectus honoribus. Et in Romana Curia annis fermè 50. verſatus, & ſecretarij munus adeptus, & tandem anno ſeptuageſimo ſecundo ætatis ſuȩ Florentiam reuertens ad ſecretorum Reipub. munus publico conſilio accitus, cuius etiam labore, diligentia, & induſtria plurima excellentium virorum ſcripta iam longo interuallo deperdita, & deplorata reſtituta, & recuperata fuere, & Quintilianus præſertim, quem apud Conſtantiam dum Generalis Synodus celebraretur apud Cœnobium quoddam reperijt. Immortalitati hæc conſecrauit multa nũquam peritura, quȩ ſunt hȩc. Videlicet.

De

De Situ regionis Indiæ.lib. 1. *Scribendi Indiæ Hiſtoriam.*

De officio Principis ad Iulium ſecundum.lib. 1. *Vellem Beatiſſime Pater.*

De Varietate fortunæ ad Nicol. 5.lib.4. *Multa quidem.*

De Authoritate, & poteſtate Pontificis, & Concilij opus inſigne.

De Nobilitate lib. 1. in quo vt teſtatur Andreas Tiraquellus in Tractatu de Nobil. adeo verè de hac re ſcripſit vt nihil vnquam verius comperiatur.

De miſeria conditionis humanæ ad Illuſtrem Principem Sigiſm. Pand. Malat.lib 2 *Inter varios Scriptores, qui &c.*

Hiſtoria Florentina.lib. 8. quàm deinde hetruſco ſermoni donauit Iacobus eius filius.

Diſceptatio elegantiſſima, in qua quærit. An dignior & præſtantior ſit Medicus, vel Iuris peritus, & inducit Iuris peritum, & Medicum ſuas quemque partes alacriter defendentem neque tamen quicquam certè diffinit.

Dialogus de infœlicitate Principum ad Thomam rem minimè probatam vulgò.

Dialogus contra Auaritiam, vt in ſuis teſtatur Epiſtolis.

Epiſtolarum volumē vnum, plurimæ namquè deperiere quorum initium eſt. *Poggius ſal.d. R. Patri meo Archiep. Florentino.*

Inuectiuarum lib. 2.in Laurentium Vallam, cuius extitit æmulus acerrimus. *Si quis in rebus honeſtum eſt.*

Rurſus inuectiuæ duæ pro Nicolao Nicholo ſibi deuinctiſſimo in Franciſcum Philelphium, & harum prior incipit, *Impuriſſimam atque.*

Iudicium illatum in ſacro Concilio Conſtantienſi contra Hieronymum Hæreticum ad Leonardum Aretinum, qua in re nequaquam ſatis laudandus venit, vt dicit idem Leonardus. *Cum Hieronymo plus.*

Laudatio funebris in funere Card. Florentini Videlicet Zabarelli.

Et ſi plurimo luctu, doloreque impellar

Item laudatio altera funebris, in obitu Nicolai Nicholi.

Si ciues præſtantiſſimi Latinæ Muſæ.

Orationes complures, quarum tantum ad notitiam venerunt hæ ſcilicet.

In laudem iuris ciuilis. *Si quis eſſet ea facultate.*

In laudem ſummi Pontificis pro officio recepto. *Vellem Beatiſſime Pater.*

Et alia complura,quæ deſiderantur. Opus verò, quod facetias pręnotauit. Ab hoc Cathalogo repellendum videtur, quandoquidem eius lectio deuotos offendit, incautis nocet, & carnales inficit. E Græco autem Latinum fecit eleganter, & fideliter Dionyſium Syculum,& quoſdam alios.

Humanis ceſſit Floren.14.

Quem hoc elogio cohoneſtauit Vgolinus Verinus in ſecundo libro de Illuſtratione V.F.

Vertit Ariſtotelem Thuſciquè geſta leonis
Poggius explicuit,nulli ſplendore ſecundus
Eloquij:nimis ab rabidas exarſit in iras
Barbarum traduxit veterum miracula Regum
Quin etiam ſolers germanis eruit antris
In Latium altiloqui diuina volumina ſili
Integer Orator nobis:Fabiusquè relatus.
Eſt huius virtute viri:qui tempore longo
Exul:& ignotus,peregrinis torpuit oris.

PROSPERVS Roſſettius ordinis ſeruorum ſacræ Tgæologiæ magiſter, Academiæ Piſanæ ſacræ ſcripturæ lector,multa iucundiſſimo carmine ſcripſit,quæ hinc inde vagantur impreſſa.ſoluta tamen oratione,tres orationes dictauit: Quarum prima fuit de laudibus Romanæ vrbis.habita Romæ. in Comitijs generalibus.exorditur.*Roma in tuis.* Secunda eſt de laudibus Bononienſium in Comitijs generalibus ibidem celebratis. *Vtinam viri Bononienſes.* Tertia demum extat de laudibus Magni Ducis Franciſci Medicis Het. Duc. Florentię habita in funere eiuſdem magni Principis in Eccleſia D. Annuntiatæ. incipit. *Debitam ſanè, & honeſtam.* Quarum prima Florentiæ excuſſa eſt. 1582. Secunda Bononiæ 1585. Tertia verò Florentiæ 1587. Adhuc inter mortales vitam ducit.

R

RAGGIVS Mercatorum proſeneta in computandis numeris acutiſſimus,& in Aſtrologicis rebus ſua tempeſtate nemini ſecundus. ſatis eleganter librum conſcripſit,in quo multas communes, & vulgatas opiniones refellit,compluresquè redarguit errores quantum ad ſyderum curſus, & loca. ad Leonem Pontifi-

cem

cem maximum cuius exordium eſt. *Cum deprahendiſſem annullos.*

Item alium librum dictauit ad Ioannem Saluiatum Card. de proportione,& de intellectu diuiſo,atque compoſito, & incipit. *Cum ſuper regulis de motu in ſeptimo libro Phyſicorum interpretationes ederemus, prælibatis nonnullis de proportione &c.* Ex qua adhuc infertur quod interpretatus eſt doctrinam Ariſt. de phyſica audientia.

Emicuit Tempore Leonis. 1512.

RAPHAEL Caſtruccius Benedictini inſtituti profeſſor, vir religione deuotus, ingenio clarus, affectu ſincerus, moribus grauis,eloquio dulcis,conuerſatione affabilis, exemplo fulgidus, & in humanis,& ſacris litteris plurimum exercitatus, piè, & catholicè euigilauit librum Armoniam veteris, & noui Teſtamenti prænotatum.

Rurſus è latino in Italicum ſermonem conuertit D. Cyprianum de Martirio. Obijt. Flor. 1574. menſ. April. in ædibus Abatiæ apud cæteros Patres humatus.

REMIGIVS clari Hieronymej ex ordine Prædicatorum cucullatus, Diui Thomæ Aquinatis auditor inſignis, philoſophus percelebris, Thæologus eximius, concionator clariſſimus, & denique in omnibus ſcripturis adeò eruditus, vt lauream, & anulum ſuæ comprobatæ virtutis à Benedicto 11. ſummo Pontifice Generalis procurator apud curiam Romanam conſtitui dignus fuerit habitus. Nonnulla ingenij ſui, ac doctrinæ monumenta reliquit: quæ in Bibliotheca ſanctę M.N. aſſeruantur quorum cathalogus eſt.

Quæſtionum Thæologicarum per alphabetum lib. 1. quarum exordium eſt. *Vtrum angelus ſit compoſitus ex materia & forma.*

Quodlibet horum lib. vnus, in quo annotãtur. decimumſeptimum Tractatus, quorum prior de diuiſione ſcientię ſic exordium ſumunt. *Cum cognitio habeatur de re.*

Item liber philoſophicus,& metaphiſicus de modis rerum qui ſic incipit. *Omnis diuerſitas modorum.*

Rurſus duo magna volumina ſermonum pro concionatoribus, quorum Alterum inſcriptum eſt de Sanctis. incipiens à ſancto Andræa hoc modo. *Domine qui habet ſanctam ſcientiam.* Alterum vero intitulatum eſt. Sermones temporum per totum annum incipiens à prima Dominica Aduentus hoc modo. Induamur arma lucis. Rom. 13.

Fato

Fato ceſſit Floren. poſt tantos labores, quos etiam Pariſijs communicauit, cum ibi publicè ſententias Mag. interpretatus eſſet. 1309.

RICORDANVS Malaſpina rerum antiquarum diligentiſſimus Inquiſitor, à quo omnia penè accepta Ioannes Villanus habet in fronte ſuæ Hiſtoriæ, dictauit vulgari eloquio prout ætas illa patiebatur Hiſtorias de origine Vrbis Floren. vſque ad annum.1281. quo tempore humanis ceſſit.

Ob id Ioannes Iacchettus Maliſpina idem opus aggrediens proſequutus eſt vſque ad annos.1286. Hæc autem Hiſtoria primo excuſſa eſt Iunctarum induſtria.1566.

RICVLDVS de Mõte Crucis perperam Richardus dictus ex prędicatorum Ordine D. Dominici dilectus diſcipulus, in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, ingenio acutus, ad diſputandum contra infideles ſatis ſuperquè idoneus, non minus conuerſatione, quàm ſcientia inſignis, ægregius ſacrorum ſermonum declamator, etiam Siriaca, & Arabica lingua, & acerrimus fidei catholicæ propugnator, pro cuius defenſione multa à Maumethanis, & infidelibus paſſus eſt, plura poſteritati donauit Inter quę extat Commentarium contra Alchoranum, quem cum in Aſia peregrinaretur prius in linguam Arabicam conuertit, & deinde contra ipſum ſcripſit.

Quem poſtea Demetrius Cydonius in Grecum transfudit ſermonem.

Poſtmodũ Bartholomæus Picenus de Monte arduo è Græco in Latinum ſermonem probum, & purum tranſtulit ad Ferdinandum Aragoniæ Regem. Incipit autem prohæmium. *Quot ſunt dies ſerui tui, quoniam.ſ.*

Præterea edidit libellum ad Nationes Orientales in quo exponit, in quibus differunt Iudæi, Gentiles, & Maumethani. & initium eſt. *Meſſis quidem multa.* Extat autem apud Bibliothecam S. M. N. Obijt Florentiæ reuocatus à ſede Apoſtolica ex regionibus illis remotiſſimis pro declarandis quibuſdam fidei dubijs. 1309. in vigilia omnium ſanctorum.

ROBERTVS Bardius ſua memoria philoſophorum, & thæologorum princeps, quippè qui annis quadraginta honorificè in Academia Pariſienſi verſatus eſt, cancellarij munus ſanè digniſſimum implere promeruit, eius ſano iudicio cõcluſiones nõnullæ

nullæ Alberti magni, & quorundam aliorum Doctorum iure damnatæ ſunt, nec vnquam huiuſcemodi damnatio tanquam optima reuocata eſt, vt optimè teſtimonium fert Lādinus. Complura alia elaborauit, quæ ad notitiam noſtram non venerunt. Claruit autem. 1392.

ROBERTVS Saluiatus Mineruæ alumnus dulciſſimus, & eloquentiæ Ciceronianæ ſectator acerrimus, complures epiſtolas, & quidem elegantiſſimas dictauit Ioannis Pici laboribus coniunctas. Emicuit. 1490.

ROBERTVS Ranuccius inſtituti D. Dominici profeſſor, Dialecticæ, Philoſophiæ, & Thæologiæ cultor perpetuus, & ſacrorum ſermonum declamator ſingularis, immortalitati donauit ſuæ virtutis perpetuos teſtes commentaria videlicet non ſpernendæ lectionis in Rethoricam & Dialecticam Ariſt. quæ apud Bibliothecam Venerabilis Monaſt. S. M. N. cuius erat alumnus, extant. Emicuit autem tempore Leonis Decimi. 1512.

ROBERTVS Donati Acciarolij filius, vir nō ignobilis litteraturæ, ſed in primis Hiſtoriæ exactiſſimus, ac indefeſſus æmulator, materno eloquio elaborauit ægregia facinora inuictiſſimi Conſalui, quæ in Regno Parthenopeo glorioſè peregit. & huiuſcemodi labor apud eandem familiam manuſcriptus aſſeruatur. In prætio vixit. 1540.

ROMVLVS Fabius philoſophus percelebris cum Marco de Odis Patauino ea, quę in Ariſt. & Auerois operibus Ioannesbaptiſta Bagolinus morte pręuentus emendare non potuit, abſoluit, & caſtigauit.

ROMVLVS eruditiſſimi Laurentij Laurentiani filius ex ſeruitarum familia pater ægregius, in ſcripturis ſanctis longo, & inſatiabili ſtudio exercitatus, atque in ſæculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio quidem acutus, ſenſu profundus, ſermone ſcholaſticus, & in hębraicis litteris in ſenili ætate perceptis admodum inſtructus, cuius ſapientiam nouit Academia Papienſis, Florentina, & Piſana, quibus in locis publicè non immodica auditorum lætitia, & vtilitate logicam, Philoſophiam, Metaphiſ. & ſacram Thæologiam docuit. Quædam inſignia opuſcula tanquam perpetuos teſtes ſuæ virtutis poſteris reliquit, è quibus

bus ſubiecta feruntur.

De Eloquutione ſuper Perhierm.lib.4.

Commentaria in tres libros de Anima.

Præterea Collationes Scoti in vnum collegit, ab erroribuſquè purgauit,& ad Reuerendum Angelum Aretinum eiuſdem ordinis Antiſtitem Gen.intitulauit. Ob eam rem in eius laudem hæc dictauit Quintianus Stoas poeta laureatus.

Sit licet igniuomis creberrima fama Pyropis
Et magnum innumeri nomen iaſpidibus.
Nullus honos tamen eſt gemmis tellure ſepultis
Nec retinet formam Bractea operta ſuam.
Sic licet iſtud opus ſua nomina promeretur ingens
Impleretquè ſuis clymata nominibus.
Romulus huic nomen maius dedit:inclyta poſtquam
Eduxit titulis dogmata digna ſuis.
Addit huic operi frontem. mendoſa refecit
Verba,opus,ac tutum candidè lector habe.
Dat tenebris lucem,mollit prædura:ſerenat
Obſcura:irradiat nubila:ſaxa domat.

Migrauit ad Chriſtum. 1544. 21. Octobris, anno ætatis ſuæ. 63.quem elegantiſſima laudatione cohoneſtauit Reuerendus Pater Magiſter Zacharias de Florentia eiuſdem inſtituti Pater, & poſtmodum Generalis Præſes.

REMIGIVS Nanninus Dominicanæ Religionis profeſſor, ſacri Monaſterij S. M. N. filius,vir magnæ doctrinæ, & eloquentiæ, Hiſtoriarum peritiſſimus, Poeta elegantiſſimi ingenij, philoſophus inſignis,& theologus,atque concionator ſingularis, qui Venetijs magnum ſuæ eruditionis experimentum ſcribendo dedit. Multa quidem ſuo admirabili ingenio digna fœcundiſſimè progenuit. Videlicet.

Annotationes in ſacros vtriuſque teſtaméti libros,quibus Hiſtoriam virorum illuſtrium, & deſcriptionem animalium plantarum,lapidum,montium, fluminum, vrbium oppidorum cæterarumquè huiuſmodi rerum, quæ paſſim diuina ſcriptura commemorat diligentiſſimè complexus eſt.

Scholias in encylicas Epiſtolarum,& Euangeliorum lectiones quas italica lingua compleuit.

Item Dauiticos Pſalmos Hætruſcis carminibus reddit.

Præterea in vnum collegit præſtantiores orationes tùm italica tùm latina lingua cóſcriptas,qnas materno ſermoni donauit,

ſingu-

ſingulaſquè ſui ſcholijs interpretatus eſt, opus profectò per gratum Principibus, oratoribus, Ducibus, & vniuerſis denique eloquentiæ amatoribus.

Præterea Marci Maruli librum inſcriptum Inſtitutio beatè, & bene viuendi, è latino in ſermonem maternum conuertit ad Magnificum Laurentium Bonacurſi Pithiæ. & præfationis initium eſt. *E gl'auiene rare uolte.*

Qui etiam 1569. à Pio Quinto Pontifice Maximo Romæ vocatus, emendationibus, & annotationibus operum D. Thomæ præpoſitus eſt, ſingulos namque labores eximios Aquinatis Doctoris in vnum colligere, nouiſquè typis excudere, varijſquè annotationibus illuſtrare exoptans optimus ille Paſtor ſummus, huic arduiſſimo negocio præficiendum exiſtimauit tãtum virum, qui complura alia immortalitati, & maternæ linguæ prę manibus habet ſanctorum præſertim vitas a Lippomano collectas.

ROGGIERVS Calcagninus Religione dominicanus, profeſſione concionator Euangelicus, dignitate Epiſcopus Caſtrenſis: qui ob ſuam doctrinam, ac fidei chriſtianæ pietate & zelum primus hæreticę prauitatis in Hętrurię prouincia promeruit. Inter cętera tanti viri opera ad manus venit euerſio de vitijs, & virtutibus in patrium ſermonem ſic exoratus à Sereniſſimo Philippo Francorum Rege, dum Lugdunenſe concilium celebrabatur. Obijt Arretij 1290. ibique ſepultus.

S

SANCTES Marmocchinus ex inſtituto Prędicatorio Thæologus inſignis, Mathematicus pręcipuus Hiſtoricuſquè percelebris, plura monumenta non contemnendę lectionis dictauit. Inquibus abundans ingenij eius vena conſpicitur è quibus in Bibliotheca Marciana hęc non impreſſa aſſeruantur.

Dialogus de tempore: cuius initium eſt. *Quid eſt menſura.*

Diſcurſus inſignis vulgari idiomate compilatus de feſtis mobilibus. *che coſa è Feſta mobile.* & nonnulla alia quæ ad notitiam non venerunt. Obijt Florentię.

SEBASTIANVS Saluinius Ficini familiariſſimus cuius ad ipſum nonnullę extant Epiſtolę, vir dignitate Sacerdos, & profeſſione

feſſione Thæologus haud obſcurus, quędam opuſcula materno eloquio conſcripta euigilauit. inter quę extat in primis commentariolus ſuper pſalmos Dauiticos ad Dominam Bartholomeam Mediceam typis excuſſus, & incipit, *Compoſe il profeta per modo d'oratione i ſuoi diuiniſſimi Salmi.*

Item è Latino in Hętruſcum traduxit eloquium Epiſtolam Rabbi Samuellis contra Hębręos ad Raphaellem Riarium ſancti Georgij Cardinalem. Claruit. 1590.

